



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

Diss. Jur. 1787

DISSERTATIO ACADEMICA  
JURE HUMA-  
NIORE

Quam.

In Illustri Academia Fridericiana

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. F R I D E R I C O  
V V I L H E L M O,  
ELECTORATUS BRANDENB. HEREDE &c. &c.  
SUB PRÆSIDIO

Pro-Rectoris Magnifici

DN. SAMUELIS STRYKII,  
JC. Sereniss. & Potentiss. Electoris Brand.  
Consiliarii Intimi, Professoris Primarii & Facultatis  
Juridicæ Ordinarii,

Patroni sui ætatem devenerandi,

IN AUDITORIO MAJORI  
ad D. Jan. Anno M DC XCVI.

Placido Eruditorum examini submittit  
AUTOR

HENRICUS ERNESTUS KESTNERUS,  
Dethmoldia Lippianus.

HALÆ MAGDEBURGICÆ, Literis CHRISTIANI HENCKELI.



B. C. D.

## CAPUT I.

# DE JURE HUMANIORE IN GENERE.

§. I.



Um nihil sanctius, nisi *justitia*.  
Humanitas tem-  
hil illibata justitiae gloria pul-  
tate tem-  
chrius Deoque charius sit, quip- *per ardens*.  
pe quae non tantum firmamen-  
tum populorum, sed & unicum  
societatis humanæ vinculum  
est. De quo elegantissima ad-  
ducit Gabriel Alvarez de Velasco *tr. de jud. perfect.*  
*Rubric. I. annot. I. n. 5.* ita splendor atque majestas tam  
augustissimæ scientiae valde videtur obfuscari non  
tantum, si jus civile per captationem verborum quis  
calumnietur, juxta Paulum in *I. 19. ff. ad exhib.* Sed &  
si omnia ejus capita ex stricta juris ratione metiri, nec  
æquitatis humanitatis studio temperare velit.

§. II. At singularis humanitatis cura non eo *Sed non ad*  
videtur trahenda, quasi omnia secundum rationis *sæ- cerebrinam*  
*pius occæcatæ judicium componere, & ita jus aliquod *equitata-**  
*cerebrinum statuere liceat*; ideo enim civilia jura *temtraben-*  
*da.*

## CAP. I. DE JURE HUMANIORE

prodita sunt, ne secundum uniuscujusque rationis modulum jus dicatur, sed ob summam Rēipubl. utilitatem in certa definitaque aliqua regula subsistamus; alias enim quot homines, tot jura invenire licet. Imo inde evenit, quod plerumque in quæstionibus boni & æqui sub autoritate juris scientiæ pernitiouse erretur *l. 91. §. 3. de V. O.*, ad genuinos itaque fontes æquitatis seu humanitatis ubique recurrendum conf. Joseph. Giballin. *in Scientia Canon. & Hieropolit. lib. princip. 4.* ubi de fontibus moralitatis agit. Prolixius hoc thema persegitur Anton. Cella Dei *in Doctrina morali p. 3. lib. 7.* qui inscribitur *de invenibilitate veritatis moralis.* quamvis hi autores præconceptis plerumque opinionibus indulgeant.

*Humanitas qua virtus est, cum iure non fundenda.* §. III. Verum ab hac labo alia adhuc penitus separanda est, ne id quod virtuosum, quod humanum, cum eo quod juris est, misceamus, & ita præcepta Ethices & Juris penitus confundamus, quod quantum utriusque disciplinæ incommodum pariat, dici vix potest.

*que justitia, que virtus in natura?* §. IV. Justitia alii suum tribuit, adeoque in re alteri restituenda occupata est *L. 1. ff. de Just. & Jur.* ita tamen ut non distrahatur ab alterius cuiusq; justiore petitione *l. bona fides 31. ff. depositi.* Virtus in re nostra consistit, & id quod nostrum est, vel perficit vel in aliud confert; ita per prudentiam intellectus noster perficitur, per parsimoniam res nostræ conservantur. Hoc fit, si alii ex liberalitate quid donemus, miseris subveniamus. Confer. Le Grand *in Institut. philosophia Part. postrema de Vita recte instituenda.*

§. V.

§. V. Justitia obligationem involvit, cum e-*Justitia ob-*  
nim reni tenemus, quam ad alterū pertinere constat,  
ad illius restitutionem, vel si illa, re amissa, fieri nō pos-  
sit, ad tantundem, quod morali æstimatione idein est,  
tenemur.

§. VI. Ex Virtute nulla nascitur obligatio, cum *Virtus non.*  
enim quilibet rerum suarum sit arbiter *I. 21. C. mand.*  
ita de hac, uti lubet, disponit. Alias enim differentia  
illa, quæ Ethicam inter & Jurisprudentiam intercedit,  
non tantum penitus tolleretur, sed etiam illius præce-  
pta cum hac colliderentur; Ita enim Ethica jubet libe-  
ralitatem, Jurisprudentia contra præcipit, quod nemo  
invitus dare teneatur, *I. II. ff. d. R. J.* imo & volenti do-  
nare, limites ponit, ne vel certam summam excedat  
*I. 34. C. de Donat.* vel spem aliorum donando fallat *t. t.*  
*C. de Inoff. donat.* & quod magis claudicare videtur,  
differentia hac probe non discussa, sequeretur, alte-  
rum in alterius patrimonium jus habere, cum per pri-  
majuris fundamenta, divisis, permittente Creatore,  
facultatibus, quilibet de sua, non alterius re, disponat.

§. VII. At putem probe dispiciendum esse, ne *forum soli*  
quis hic forum soli, cum foro poli misceat, quæ *Au-* *cum foro*  
*gustinus distinxit relatus à Gratiano in c. f. c. 17. q. poli non mi-*  
*ult.* Quod enim Deus in novo & antiquo foedere inde-  
fessam virtutis culturam nobis injungat, id indubium  
est; an vero in foro soli, nisi Magistratus eam, exigen-  
te publica vel necessitate, vel utilitate urgeat, obli-  
gatio inde ducatur, haud pervideo, confer. de hac  
materia ex professo Joh. Valer. *de differ. utriusque fori*  
*judicial. & conscientia.*

§. IIX. Talia humanitatis virtutisque plenio-*Christy Hu-*  
ris

## 4 CAP. I. DE JURE HUMANIORE

*manitatis  
non juris  
præcepta  
dedit.*

ris præcepta sunt dicta atque regulæ Christi in novo fædere nobis injunctæ, quæ proinde non juris vim induunt; Christus enim non venit legem daturus, sed legem impleturus, quod ex famoso Matthæi loco c. 5. v. 17. constat. Christus novum ius non condidit, sed majoris perfectionis regulas exposuit, quod & ex ipso Christi exemplo appetet, cum in causâ adulteræ Job. 8. a. 11. consultus, judicium declinabat, Doctorem ecclesiæ non legislatorem se profitendo; accedit quod in tot scripturæ locis Christus dicatur docere, at Doctoris officium non in legislatione, sed adhortatione, objurgatione, persuasionibus consistit.

*Humanum  
est bellum non  
geri, licite  
interim illa  
geri.*

§. IX. Idem objectionibus quæ contra belli iustitiam ex Christi præceptis late hauriuntur, & a Grotio in tract. de J. B. & P. I. I. C. 2. §. 6. 7. 8. seqq. multis deducuntur, facile opponi potest, ne videlicet obstatamus injurioso, sed cædenti in dextram maxillam alteram quoque obvertamus; pallium afferenti alteram quoq; pallii partē demus Mattb. V. v. 39. confer. Rom. XII. v. 17. 2. Cor. X. 3. Eph. 6. 12. Jac. 4. 1. ibique Grot. ad nov. testam. Ziegler. Of sand. aliig. ad citata Grotii de J. B. & P. loca illa igitur aliaque quam plurima nihil indicant aliud, quam Christum virtutem nobis maximopere commendare, patientiam in rebus olim recuperantis laudare, exsuperantiam virtutis & intrinsecum erga alios affectum summopere præcipere; Et hæc ab aliis consilia Evangelica nuncupantur.

*Idem re-  
spondetur  
ad objec-*

§. X. Eandem decisionem capiunt, quæ ex veteribus Christianis eorumque dictis contra belli iustitiam proponuntur, illi enim methodum Servatoris fe-

secuti, non quod juris, sed quod Humanitatis majoris *veterum Christianorum*. perfectionis est, tractarunt; inde nec illi capi-  
ralibus, si quae a reis sumebantur, suppliciis libenter intererant (quorsum & illa juris canonici sanctimonia derivata censeri posset, quae clericos a judicio sanguinis penitus arcet c. sententiam 9. X. ne cler. vel monach. Ziegler. ad Lancellot. l. i. t. 25. §. 12.) optimum fore sentientes, si talia non committerentur delicta: uti vero talia delicta, ne impunita maneant, recte puniuntur, ita quoque recte hactenus bella geruntur, & hactenus gesta fuerunt.

XI. Porro Principi tanquam Dei ministro, qui *Humanitas Dei* gladium gerit, resisti non posse, ipsa Dei ordinatio *tis summa Rom. 13. 1. Ephes. II. I.* docet, si tamen is notorios impe-*esse Principi rii terminos excedat, & fundamenta Reipubl. evertere non resiste-* conetur, privatus, imo hostis est, uti ergo in privatū, ita in principe in talem injusta moliente, defensio Reip. patet *l. 3. de J. & J. conf. Herod. l. 2. c. 14. Aurel. Victor. de Cesar. l. 2. c. 2. Molina. de J. Tom. 4. Disp. 7. Vasq. lib. I. Contr. illustr. 18. n. 8. seqq.* Cavendum tamen, ne vitæ Principis vis inferatur; nec cuivis privato hic jus quoddam concedatur. Hinc si quis in extremis angustiis constitutus, unde sine Principiis invadentis internecione eluctari non possit, eoq; in casu occidi, quā principem occidere malit, is fane rem omnis humanitatis virtutisque plenissimam efficiet, quod enim in periculo ab integra Republ. avertendo fas est, hoc quoad privatum quandoque nefas est. *conf. Thom. Hurta- do Moral. Resolut. 17. p. 18. Grot. L. I. c. 3. §. 8. n. 14. c. 4. §. 4. tit. Lib. II. cap. I. §. 9. ibique Ofiand. Ziegler.*

*Humanius*

§. XII. Porro furem & invadentem res non esse raptore stras latronem sive raptorem interficere utique licet res nostras Grot. l. 2. c. 1. §. II. quæ enim inter rem & vitam est afferentem inæqualitas, ea favore innocentis & raptoris odio compensatur, conf. Böcler ad c. 1. Grotii. At longe humanius virtuosiusque quis fecerit, si potius res suas deserat, quam hominem interficiat, hominem in qua ad Dei effigiem formatum, & eodem nobiscum sanguine ortum seu communi cognationis vinculo junctum, d. l. 3. de J. & J. add. Tabor. *Armament.* Justinian c. 2. n. II.

*Humanita-*

§. XIII. Ulterius disquiritur a Grotio, an se-  
cis esse sedi-  
bus suis expulsis, dum imperium Principis alicujus  
bus expulsis subeunt, perpetua habitatio concedenda? & an si  
habitatio-  
nem conce-  
dere. postulantibus concedendum, v. Grot. lib. 2. c. 2. §. 16.  
17. Dn. Pufendorff de I. N. & G. L. 3. c. 3. §. 9. Diodor.  
Sicul. l. 2. c. 42. Ambrosius de officiis l. 3. c. 7. & 4. Utrum-  
que cum ex mero Principis arbitrio dependeat, ita hu-  
manitatis virtutisque summæ reputamus, si sedibus  
dejecti benigne suscipiantur, & advenis sterile solum  
desiderantibus concedamus, cum alteri id prodesse,  
nobis nocere non videatur, quam humanitatis regu-  
lam commendat *Ictus* in l. 2. §. 25. ff. de aqua. pluv. qua  
quidem re non pauci antiquorum fere ad ambitio-  
nem usque sese jactarunt: sicuti iidem judicabant,  
sanctissimum aliquod necessitudinis & amicitiae jus  
ex hospitio oriri, Aristot. magn. moral. l. 2. c. II.

*Humanū est*

§. XIV. Ita eveniente casu, si morte nostrā  
pro patria, majus quoddam bonum promovere valeamus, ne-  
pro principe, mori-  
mo tamen ad hanc sustinendam obstrictus erit, cum  
nemo

nemo membrorum suorum sit Dominus *I. 13. ad L. Aquil.* quod vel ipsa Creatoris actio evincit, dum Hominis animam & corpus conjunxit, quod proinde creatoris opus homo non dissolvet; quin tamen ille, qui per mortem suam maius bonum procurat, rem omni laude dignissimam fecerit, negari haud potest. Ita gloriosum pro patria, pro principe, veluti persona multis utili, mortem subire, Andr. à Matre Dei *Theol. Moral. Tr. I. c. 2. de Restit. Punct. I. §. 3.* sed hæc omnia de humanitate, nullo ad id vinculo juris nos stringente, intelligi debent Grot. *d. I. 2. c. 1. §. 9.* Conf. Dn. *Præses de Jure hominis in se ipsum c. 3. §. 27.*

**§. XV.** Pari modo liberis, jure naturæ a parentibus, cum aliter conservare se nequeant, alimenta deberi, in contesso est, an eadem liberis a parentibus debeantur, in disceptatione est; pluribus affirmavit sustinentibus. Nos liberos ad alimenta parentibus præstanta obligatos esse negamus *conf. I. 7. de bon. damn. I. 7. §. f. unde liber I. 13. C. de legit. Hæred. I. 15. de Inoff. testam.* humanitatis tamen pietatisque res summa erit, illis a quibus ortum spiritumque traximus, & infinitis passim beneficiis affecti sumus, alimenta & si quæ a nobis beneficiorum genera profici possunt, promptissime præstare; quod alias & in successione liberorum parentibus turbato mortalitatis ordine indulta, conspicuum est *I. 10. ff. de Inoff. testam.* Dn. *Pufend. lib. 4. §. 13.*

**§. XVI.** Si quis rem invenerit, cuius dominus ignoretur, eum naturaliter ad rem hanc pauperibus *An res inventa pau- dandam teneri, sunt qui volunt, sed quo prætextu? vir- peribg dan- tis humanitatisque summæ erit, miseros quantum da.*

possibile est adjuvare, omni vero juris vinculo haec  
nus cessante. Grot. lib. 2. c. 10. §. 11.

*Humanum  
esse fœdera-  
cum infide-  
libus non  
iniri.*

§. XVII. Fœdera cum infidelibus iniri posse à pluribus negatur, nos ea rite fieri affirmamus. Fœderum quippe fides juris naturalis est, quod jus inter omnes homines communе, jam vero natura fœderum cum religionе nil quicquā communе habet, dum omnis obligatio ex dispositione suam capit firmitatem: Pium tamen, humanumque putamus, à talibus fœderibus, quæ non nisi Christianorum calamitatem plerumque promovent, sponte abstinere. Christianos certe dedecent hæc fœdera, multo minus Christianissimo gloriæ erunt. Unde quamuis fœdera defensiva Imperatori plane libera sint, adeo ut in *Capit. Leopold. art. 13.* cautum sit daß sich der Käyser möge aller Hülffe gesbrauchen/ non tamen hoc ad auxilia infidelium extendendum. conf. Carpz. de L. Reg. German. cap. 6. sect. 3.

*Humanum  
esse legatū  
in loco deli-  
bi non pu-  
niri.*

§. XVIII. Succedit adhuc alia non minoris momenti quæstio inter Doctores mirum in modum agitata, an Legatus de J. Naturæ in loco ubi negotia sua publica expedivit, ex omnibus causis puniri possit? negativam sustinent plurimi; nobis placet affirmativa. Legati enim non ad delinquendum sed agendum missi, adeoque impunitas Legatis ad agendum, non delinquendum indulta; Principis insuper potestas per totum territorium sese extendit, & ambitu suo omnes in eo viventes complectitur. Accedit quod Legatorum sanctimonia &, uti dici solet, inviolabilitas in securitate, quæ vero nullam peccandi impunitatem involvit, consistat, hæc insuper impunitas ad officium restricta; cessat ergo si quis officiū terminos

ex-

excesserit. Tandem nec Legatus plus juris poterat prætendere, quam ipsius Principalis, cuius faciem gerere dicitur, habiturus fuisset; si jam ipsius principalis in alieno territorio peccaret, puniretur utique, princeps enim cum in alieno territorio degit privatus est, in privatum vero poena prorita est. Confer. disputat. Illustris Domini Baronis de Friesen *de Jur. Princ. extra territ.* Alia vero quæstio est, quid consultius, quid generosius, quid humanius? nos humanitatis esse reputamus, talem Legatum terminos officii excedentem remittere domum, ne ob poenam huic infligendam regna cum regnis ulterius collidantur. Unde & de principe alibi peccante humanius est dicere, illum poenæ subjiciendum non esse, solet enim Majestas alterius majestatem comiter venerari, vid. L. 7. ff. de *Captiv.* confer. elegantissimum tract. *de Legatis* Dn. Zouchæi.

§. XIX. An vero ob jus talionis legatus occidi possit, disquiri solet? nos affirmativam & in hoc casu *Idem de ius statuimus.* Generosius tamen humaniusque fore re talionis credentes, si a cæde hac abstineamus. Dissentit in *statuitur.* hac & priori quæstione Grot. L. 2. c. 18. §. 7.

§. XX. Ita pro alapa declinanda alterum tam nobis intentantem stricto jure occidi posse videatur, de quo v. Dn. Mauritium *de principiis juris publici.* quis possit, ci. p. 47. tb. 5. neque enim ad dolorem, quem hæc infert sustinendum cogi potest, quin ex Grotii sententia, qui injuria me afficere parat, is jus seu facultatem mihi dat, in infinitum adversus ipsum procedendi; Tutius vero & humanius erit, ad hanc declinandam vel fugere, vel famam ita læsam per judicem reparare.

Duella autem damnamus, quibus eradicandis efficiacissimum remedium se invenisse dicit Andreas de Mendo in *Statera Opinionum benignarum in Controversi moral. Differt. I. Q. 21. §. V. n. 274.* Si scil. provocans & provocatus indispensabiliter pro infamibus declarantur, ad nulla officia admittantur, ab honestis convenientibus excludantur, & judici hæc non exequenti remortio immineat &c.

*An ad liberalitatem exercendam obligatio detar.*

§. XXI. Ita porro ad liberalitatem exercendam & similia virtutis officia expedienda in foro soli obstrictus nemo est, eapropter his neglectis quis vitiosus non injustus audit. Quam tamen proximo liberalitatem cum jactura etiā bonorum nostrorum, in casu si extrema ejus necessitas eam efflagitat, nos exhibere debere, eleganter monet cit. Anton. Cella Dei de recta Doctr. mor. lib. I.

*Quid ergo in perfectum.*

§. XXII. Illa vero quæ virtuti a Doctoribus tribuitur obligatio, jus imperfectum producit, quod illum quidem, qui aliquid tenet, quo alteri gratificari possit, obliget, accipienti vero jus exigendi non tribuat; quod si recte expendatur, nescio an jus aliquod dici possit, quod obligatione, quæ formam normamque juris constituit, careat. Pr. I. de Obligat.

*Pena virutem non exercentis.*

§. XXIII. Sed nolim existimes, me virtutem humanitatemque ejusque studium fere profligare; ea enim virtutem non exercentis pena est, ut præmium, quod a natura virtuti debetur, amittat, atque id est, quod vulgo demeritum dici consuevit.

*Quid per vocē Humanitatis proportionis usus diversitasque patet?*

§. XXIV. Sed & innumeri passim casus ex omni jure deduci poterant, in quibus summus distinctio patet: Verum nobis sufficiet intelligamus,

ciet juris nostri Civilis in Pandectis propositi humaniorem sententiam paulo proprius inspexisse , & ex sedibus suis investigasse. Verum hic primâ fronte dubium non leve oriri poterat , anne contradictionem sapiat , dari aliquod jus humanius , cum omnem humanitati obligationem detraxerim. Sed duæ principaliores vocis *humanitatis* sunt distinctiones ; altera est , qua Humanitas consideratur tanquam species virtutis , quæ homini erga hominem competit , ejusque fines latissime patent ; quippe vult , ut alterius misereamur , fortunam adversam levemus , in opia consularamus , de hac hactenus dictum , quæ inquam in foro soli obligationem involvit nullam. Et hæc est quam legem charitatis moralistæ apud pontificios vocant & legi justitiæ opponunt . de qua *Lessius de J. & J. aliisque passim*. Verum *Humanitas* nobis egregium *æquitatis* Synonymum suppeditat , ut adeo æquitas jus Humanum merito nuncupetur , quia nihil est quod in humanam Societatem plus utilitatis conferat , quam usus boni & æqui ; & contra iniquitas dicitur jus inhunianum *Ulp.l.furti §. patimur ff.de bis qui notantur infam.* & hujus æquitatis majorem quam stricti juris rationem habendam esse in applicando jure ad negotia ob venientia , statutum est in *l. Platuit 8. C. de judic.* Hæc hujus loci est , non quidem in sua amplitudine , sic enim quod in quacunque lege æquum sit , indagari posset , sub quo prætextu multi jurisprudentiae nostræ decus prosternere conantur ; Sed prout illa humanitas in ipsis legibus fundamentum habet . *Hinc illos textus ubi jus humanius juri stricto ab ipsis JCtis Romanis præfertur considerabimus.* Solet quoque

humanum, humanitas, sumi pro humana natura, pro studiis & artibus liberalibus, pro humana infirmitate, & quas plures passim vocabuli humanioris significationes exhibent Doctores, sed & hæc hujus loci non sunt.

*Sedes bujus  
distinctionis  
in l. i. §. 3.  
de Peric.  
& comm.  
rei vend.*

§. XXV. Id adhuc videtur præmittendum, quod notoriam hanc jus inter & virtutem differentiam clarissimis verbis exhibeat Ulpianus in l. i. §. 3. *de Pericul. & Comm. rei vend.* ubi vino vendito, & die ad metiendum vinum præstituta, si intra diem admensum non esset, licebat venditori effundere vinum. Effunditamen non prius poterat vinum, quam vendor testando denunciasset emptori, ut aut tolleret vinum, aut sciret futurum, ut vinum effunderetur. Verum jam nota ter subjungitur *si tamen cum potest effundere non effudit, laudandus est potius.* Separat ergo bene Jurisconsultus id quod de stricto jure fieri poterat ab eo, quod ne fiat laudabile summæque virtutis est. Gravia sunt quæ ad hæc verba in notis suis commentatur Gothofredus inquiens: *audenter dicerem inter Jurisconsultum & Virum bonum nihil interesse. Certissimum denique ad calum viam esse nostram juris Professionem, si ad eum & bonum revocetur.* add. Dn. Præses *Dissertation. de fero conscientia Cap. I. circa finem.*

*Scopus dis-  
putationis.*

§. XXVI. Cum itaque in plurimis jus Romanū ob insigne boni æquique temperamentum summopere commendandum, ita vel in eo commendatisimum, quod illa quæ æquitatem humanitatemque concernunt, sæpius urgeat & cives eo deducat; unde non inutile prorsus me facturum credidi, si illam legum Romanarum humanitatem, in ipsis textibus expressam,

adje-

adjecta quæ ad hanc Jurisconsultos compulerit, ratione, ex sedibus investigavero, & servato Digestorum ordine, quantum licet, brevissime deduxero.

## CAPUT II.

DE

## CASIBUS JURIS HUMANIORIS EX DIGESTO VETERI.

I.

## Lex majorem IIX. de pactis.



Ajus atque Marcus Creditores Javoleno debitori faburrha æris alieni gravato certam debiti summam remittunt, Lucius & Sempronius Creditores cæteri factæ remissioni contradicunt; eandem quisque Creditorum quantitatem habet, ejusdem quoque numeri, ejusdem dignitatis & autoritatis sunt, res devolvitur ad Prætorem, quæritur quid huic faciendum? Respondet Papinianus Humaniorum sententiam eligendam esse.

I.  
Casus legis;

## EXEGESIS.

In concurso plurium Creditorum illos qui potiorajura habent, aliis omnibus præferri, etiamsi reliqui nihil consequantur, expediti juris est, adeo ut etiam ratione usurarum posterioribus potiores sint. *l. Lucius non obligatur.*

2.  
Priores Creditores ad remissionem

18. qui tur.

14 DE CASIB. JUR. HUMANIORIS

18. qui potior. in pign. l. 9. §. f. de Pactis quamvis humaniorem Sententiam sequatur hic ius Saxonum, usuras omnium forti postponendo Berlich. P. 1. C. 66. n. 9. Vix ergo probabile est, hos quicquam de credito suo remissuros, cum nemo suum jactare censeatur *l. cum de indebito 25. de probat.* Quod si ergo priores Creditores Debitori ob ærato humanitate ducti aliquid remittere velint, quid opus, ut reliquorum voluntatem ad hoc expertant, cum hoc nemo prohibere posse, adeoque hoc ad nostræ legis casum plane non pertinet, cum tralatitii juris sit, illorum consensum, qui contradicendo negotium impedire nequeunt, frustra expeti. arg. *l. 39. de adopt.*

3.  
Quid inter  
Creditores  
æquales?

Sin autem inter Creditores concurrentes disparitas juris non adsit, sed vel eadem die hypothecam omnes consecuti, vel etiam omnes personali Credito nitantur, debitor vero bona tot creditis suffectura non habeat, sed aliquid necessario ob inopiam remittendum sit, iterum nondum locus est decisioni textus nostri, quod scilicet mutuo pacto se ad remissionem partis crediti obligare debeant. Pro rata enim dum ob æqualitatem juris concurrunt, pro rata quoque inter ipsos distribuendum, quod ex bonis debitoris ad concursum devolutis superfuerit. Ergo sive velint, sive nolint, reliqui partem debiti in hoc concursu remittant necessum est. *L. 10. & L. Si fundus 16. §. Si duo 8. ff. de pignor. L. 7. §. fin. ff. depos.* Franc. Salgado de Somoza *labyr. Cr. d. P. 2. C. 4. n. 140.*

4.  
Casus si bona  
vix suffici-  
ent.

Ad illos ergo facti termi nos recurrentum, ubi plures ad sunt Creditores, sive ejusdem, sive disparis privilegii & juris, quibus omniibus, debitore penitus seu,

seu, ut loquuntur, ad saccum & peram excusso satis fieri vix aut ne vix quidē posset, sed debitori fame pereundum, aut mendicando vitæ subsidia paranda. Quapropter ad humanitatem creditorum refugium quaerit debitor, eosque per omnia sacra implorat, ut quisque aliquid de debito remittat, quo inopiam suam quadantenus levare valeat; Duo tres quatuorve ex creditorum numero commiseratione ducti, faciles se declarant de tertia vel quarta debiti parte remittenda, reliqui rigidiores crediti sui persecutores solidum exigunt, & omnem remissionem respnuunt; Sane hoc casu non quidem opus habebunt benigni illi creditores, ut exspectent, an reliqui etiam humanitatis rationem habere velint, cum unicuvis ex his liberum sit, quantam velit, sui crediti partem reliquis invitatis remittere. Sed dum vident, nondum inopiæ debitoris ita consuli, nisi & reliqui idem pietatis officium exhibeant debitori, illos pacto ad eandem remissionem crediti inducere conantur. Cum ergo tandem major pars in hanc remissionem consensisset, minor vero pars rigori insisteret, decidit Ulpianus; non quod minor pars aliorum conventione ad eandem benignitatem adstringatur, cum factum cuique suum non tertio nocere debeat, neque enim alteri per alterum iniqua conditio inferri debet *I. 74. de R. I. l. 5. de fact. & Jur. ignor.* sed officio judicis hic locum facit, dum Prætoris partes necessarias esse dicit, ut decreto suo majoris partis voluntatem, & ita humaniorem sententiam approbet *I. 7. §. f. de pactis.*

§. VI. Sed cum dubium hic remaneret, unde major pars æstimanda, id ex quantitate crediti, non ex nu-

*Major pars  
quomodo  
me-estimanda?*

16 CAP. II. DE CASIBUS JURIS HUMANIORIS

mero personarum fieri debere æquissimum esse cen-set Papinianus in nostra l. 8. d. t. Merito enim ejus votum pro potiore reputandum fuit , qui majoris humanitatis exemplum reliquis præbuit arg. l. f. C. qui bonis cedere possint. ubi Imperator vocat hanc sententiam humaniorem l. 16. de rebus autor. judic possid. Ant. Faber, in Rational. d. l. 8. Besoldus, Thesaur. præt. va-ce meisſe Stiūmen.

*Decisio casus nostri.* §. VII. Sed jam restabat casus a Papiniano proposi- & antea a me adductus, in quo humanior sententia in- inquirenda ? ad hanc enim judicem remittit Juris- Consultus, sed illam non exprimit. Breviter dico : Debito creditorum æquali, majorem partem major creditorum numerus constituit, qui cæteris non tan-tum præfertur, sed & in præ judicium eorum pactum hoc remissorium judex approbat ; sententiæ enim hoc in casu non ponderantur , sed numerantur, pe-rinde ac in publicis judiciis & consiliis, ubi licet im-par sit prudentia, par tamen omniū jus est, conf. L. quod major i9. ff. ad Municip. l. 28. de re jub. Ant. Fab. d. l. in casu vero ubi ex octo creditoribus, quibus singulis centum debentur , quatuor partem remittunt, tres solidum peterent, octavus responderet, sibi non lique-re, sed quid faciendum, se dubitare , aut plane tace-ret, ita ut nec hisce nec illis accederet ; priores qua-tuor partem debiti remittentes, procul dubio majo-rem facerent partem, ambigente aut tacente non ob-stante, quippe qui veluti dimidiatus utramque par-tem ex æquo auget, ita ut maneat imparitas & dubi-tatio cedat, vid. l. quicacet 142. de R. I.

§. VIII. Creditorib⁹ vero & debiti quantitate, & per-fo-

sonarum numero æqualibus, illorum pactum potius est, qui dignitate præcedunt; pro his enim major æquitatis & prudentiae præsumtio stat, ita ut illorum fides plerumque aliis præferatur *l. 3. pr. & §. 1. de testib. l. ult. de fid. instrum.* & cæteris paribus plus autoritatis habere debet, qui plus dignitatis habet, *Ant Fab. add. 1.* unde dignitas & autoritas in legibus conjunguntur.

*§. IX.* Ubi vero omnia fuerint æqualia & credito remittentes quo ad ipsam dignitatem sint æquales, uti noster casus est, *jani incipit jus nostrum humanitatis, humanioremque eo casu sententiam* eligit *Prætor d. 1. 8. 1. f. C. qui bon. ced. possunt.* imperiale enim & regium est, humaniorem sententiam sequi *l. ult. in f. C. de comm. Serv. man. conf. Mev. in discuss. levam. inop. debitor C. 3. n. 105.* Humanior autem censetur illa sententia, quæ meliorem debitori adfert conditionem & plus de credito remittit *arg. l. 27. de obl. & act. & in ipsis judiciis, cum æqualis est sententiæ numerus,* illa præponitur quæ pro reo est *L. inter pares 38. ff. de re judic. l. si praes. 32. de penis Cujac. in Papiniano ad d. 1. 5.* Quamvis itaque Lucio & Sempronio in illo concursu idem *jus* sit, quod Cajo & Marco, & hinc illis tantum *jus* contradicendi, quantum his remittendi competit, attamen cum jura faveant liberationibus *l. Arrianus 47. ff. de obs. & act. sententia humanior erit illorum, qui inopi debitori sua remissione consultum cupiunt.*

## II.

*L. si pars X. de inoff. testam.*

C 2

Pau-

*Casus.**Humanior  
pro testa-  
mento sen-  
tentia est.*

**P**AULUS a parente suo Scævola exhaeres scriptus, impugnat testamentum quasi contra pietatem factum, causam submitit legitimo judicu[m] arbitrio, rescisso prius testamento, hæreditatem a scripto hærede Mutio petens; quatuor in hac causa judices erant, duo pro testamento, duo contra illud pronunciabant, dubia igitur res est, decidit Marcellus, HUMANIUS, esse sequi ejus partis sententiam, quæ pro testamento est.

**EXEGESIS.****§. I.**

*Testamen-  
tum hic sup-  
ponitur du-  
biu[m].* **S**I judices hi aperte secundum scriptum hæredem, & sic pro testamento inique pronunciassent, eorum sententiam nullam esse, indubii juris est, d. l. 10. sic etiam, si hodie Paulus non rite & secundum tenorem *Nov. 115. c. 3.* exhaeredatus fuisset, summa judicu[m] imperitia foret, contra apertam juris dispositionem quicquam statuendi, eumque qui inique & contra pietatē exclusus erat, a querela repellendi. At dubia hic res erat, neque an testamentum invalidum esset, aut ullo laboraret vitio constabat. Disceptabant igitur inter se judices, altera horum parte pro testamento, altera contra illud pronunciantibus.

*Qualiter  
hic judices  
constituti.*

**§. II.** Pars autem judicantium hic ex duobus constabat conciliis, altera pars totidem quoque referebat. Quatuor enim conciliis conscribi soliti Centū viri a Decemviris quatuor, unde quadruplici iudicio bona paterna repetere apud *Plinium 4. epistola*, est bona paterna apud Centumviro[s] repetere. Ut hoc Godofredus ad h. l. docet. Centumviri ita in quatuor

tuor concilia distributi, in Basílica Júlia, una cum suis quatuor Decemviris ascendebant totidem, id est quatuor diversa tribunalia, in uno tamen & eodem loco: ut qui primo tribunali diceret, facile a reliquis exaudiretur *Quint. 2. cap. 5.* quin unam & eandem causam in omnibus conciliis simul actam, cognitam & judicatam, indicio est hic locus, & quod apud *Valer. L. 7. C. 7.* legitur: Sed & in eadem causa interdū diversa tribunalia fuisse, hoc est diversas dixisse sententias, constat ex *L. 76 ff. de legat. 2.* plura de his conciliis videantur apud *Godofr. ad b. l. Cujac. 10. obf. 20.*

**§. III.** Duo igitur ex his conciliis pro *Scævola Paribus defuncto*, ejusque testamenti validitate stabant, duo *votis nihil pro Paulo contra testamentum pronunciabant, dubia agitur.* igitur valde res est, paria adsunt vota, paribus autem votis nihil agi constat, res igitur necessum erat maneat in suo statu.

**§. IV.** At mitiorem pro testamento *sententiam in L. 38. ff. de Judic.* Jurisconsultus Paulus contra *meuto est l. hunc Paulum exhæredatum fert.* Quoties enim in *38. de re libertate aliisque causis maxime favorabilibus dubium quoddam intercedit, toties pro hac judicandum esse, & hinc in dubio etiam pro testamento. Conf. l. Tertia s. 2. de legat. 2.* cum hoc consentit id quod Grotius in tractatu de *J. B. & P. l. 2. c. 5. §. 8.* ex disceptatione aliqua, quæ apud Senecam in suis controversiis agitur, dederit; quod, ubi alter judex damnat; alter absolvit, inter disparres sententias mitior vincat. Humanius itaque *Marcellus* pro testamento judicavit, ex hæredato hactenus repulso.

29 CAP. II. DE CASIB. JUR. HUMANIORIS

Annon hoc  
inhuma-  
num?

§. V. Sed annon forte inhumanior *Marcelli* sententia erit? cum enim testamentum iniquam filii exheredationem continens contra pietatem factum esse dicatur *pr. I. de inoff. test.* certe pium erit, si parentes liberis hereditatem relinquant, & hinc humanius erit contra exheredationem pronunciare. Verum cum parentes non soleant exheredes scribere liberos, nisi contra pietatem parentibus debitam peccaverint, cujus violationem punire, interest publice, hinc humior sententia est, quæ vindictæ violatæ pietatis adsistit.

III.

L. sed et si XXV. de Usufructu.

Casus.

**L**UCIUS sibi suove servo Sticho, in quo usumfructum habebat Caius, donando causa centum stipulatur à Callistrato, hic centum solvit Sticho, quæ acquiruntur Cajo. At Stichus hic servum alium emit, & per traditionem accepit, nondum tamen numerato pretio, sed fide saltem de eo habita, amittit interim usumfructum Caius, solvit postea pretium Stichus, sed ex re Caji, quæritur cui servus hic acquiratur. Disputatum de eo fuit inter Marcellum, Mauricianum, & Julianum; illi amissò usufructu, Domino proprietatis Lucio acquisitum existimabant. Julianus pro Cajo fructuario promuniciabat, Respondit Ulpianus in d. L. 25. Juliani sententiā *bumaniorēm esse.*

bumanior  
sententia  
profructua-  
rio.

Ex-

## EXEGESIS.

§. I.

**S**i donatio servo facta, in quo alter proprietatem, <sup>Donatio</sup>  
 Salter usumfructum habebat, dubium est, an pro- <sup>servo fa-</sup>  
 prietario an usufructuario acquiratur? Et videndum <sup>et a an pro-</sup>  
 cuius intuitu contraxerit servus, <sup>proprietario</sup> per L. 22. l. 24. de usu-  
 fruct. Nam quicquid per servum acquiritur, tam <sup>an usufru-</sup>  
 manifeste ei in cuius potestate est, acquiritur? ut ne <sup>et uario ac-</sup>  
 momento quidem temporis acquisitione hæc in persona  
 servi subsistere possit l. 79. de acquirend. l. omit. hered.  
 quod si ergo duo concurrant, quorum alteri pro-  
 prietas, alteri ususfructus Servi debeatur, tunc si ser-  
 vus non exprimat, cuius contemplatione contrahat,  
 Domino proprietatis acquiritur, nisi ex re fructuarii  
 aut suis operis quicquam acquisiverit §. 4. l. per quas  
 person. cuique acquir. l. pen. ff. de Stipulat Servor.

**§. II.** Quapropter cum in casu ab Ulpiano <sup>In penden-</sup>  
 proposito, servus fructarius, qui alium emerat, non <sup>tibic esse</sup>  
 expressisset, an Lucio proprietatario, an Cajo fructua-  
 rio emisset, in pendentibus Dominium, hoc est non-  
 dum constare, an Lucio, an Cajo servus ille emptus  
 sit, donec ex pretii numeratione apparuerit, ex cuius  
 pecunia numeratio fiat. Et quamuis aliquin in com-  
 paratione rerum & acquisitione dominii plane non  
 attendatur, ex cuius pecunia res empta l. non unde 7.  
**C. Sic cert. pet.** hoc tamen fallit in illo emptore, qui ex  
 sua persona jus emendi non habet, sed per quem al-  
 teri jus per contractum querendum, ubi omnino  
 attentendum, ex cuius bonis res à servo comparata.  
**L. 43. §. f. de acquir. rer. Domin. l. 43. §. f. de adilit. edict.**  
 tacita enim hæc conjectura utrobique subest, ut ex  
 cu-

22 CAP. II. DE CASIBUS JUR. HUMANIORIS.

cujus pecunia pretium numeratum, illi acquiratur, ejus enim contemplatione, si aliud non expressum, resempata videtur, *Ant. Faber in suis Ration. ad b. l.*

*Dubium an  
fructuario  
qui talis  
amplius  
non est, ac  
quiri possit.*

§. III. Verum ulterius hic disquiritur, an amissio jam per capitis diminutionem forte Usufructu, quamvis ex pecunia fructuarii pretium servus numeraverit, fructuario tamen, qui fructuarius amplius non est, acquiri potuerit? Et stricto jure contra fructuarium pronunciandum: dominii enim acquisitione hic necessario retrotrahi debuit, ne alioquin aliquo tempore aut dominium, aut actio nullius fuisse videatur; in proposito tamen casu retrotractio non potest fieri, hæc enim requirit conjunctionem extreborum, quæ quoties medium inhabile intercedit, conjungi amplius nequeunt *l. p. in pr. ff. rem ratam* *baberet* hic autem medium inhabile est, propter amissionem usufructus, quæ medio tempore intervenit; immo retrotractio necessum est, fiat a tempore numerationis, sed eo tempore nullus amplius Usufructuarius erat.

*Humanita-  
tis ratio  
pro fru-  
ctuariom i-  
nitiat.*

§. IV. Attamen pro fructuarii acquisitione non strictum jus, sed æquitatis humanitatisque ratio militat; quamvis enim numeratio hæc, amissio jam usufructu, contingat, cum tamen illa in consequentiam emptionis a servo ante usumfructum amissum initæ fiat, inde potius initium negotii gesti, quam quod factum consequitur, inspiciendum, cum & alias quæ in consequentiam fiunt, minus attendi debeant *l. 7. de aut. Tut. accedit quod & hic initium contractus* *inspiciendum l. 12. ad SC. Mac. l. 1. §. si servus depositus 30.* *ff. depos.* Humaniter ergo a Juliano judicatum, quod

Sti-

Stichus ex Caji fructuarii pretio, amissio licet usufru-  
ctu solvens, huic acquirat.

IV.

## L. Si servitus XXIII. de Servit.

*præd. Urban.*

**T**itus Livius splendido ædificio instructus, vici-  
num habet Julium Phœbum, qui cum pariter  
de amplificandis ædibus cogitaret, & inde peri-  
culum immineret Tito-Livio, ne luminibus  
damnū inferretur, stipulatur a Phœbo, & hic pro-  
mittit se luminibus officere nolle, qua sponсione fa-  
cta cum Livius alias adhuc fenestras ædibus suis im-  
mittere vellet, Phœbus his noviter factis officere co-  
natur, ad judicem res deducitur, ubi Phœbus se de *Humanior*  
luminibus quæ tunc fuerant sensisse, excipit, respon-  
det Pomponius, *humanitas* esse, verbo generali omne *mne lumen*  
*contineri.*

## EXEGESIS.

§. I.

**S**ub luminibus omnia lumina tam præsentia quam *Sub lumini-*  
futura intelligi, hoc casu suadet humanitas, at *cum bus omnia*,  
indefinita hic sit oratio, videtur ea ex mente J. Ct. in l. 7. *lumina con-*  
*de auro & argent. legat. ad præsens tempus restrin-*  
*genda.*

§. II. Prævalet tamen humanitatis ratio quæ *Suadet hoc*  
sub generali luminis voce omne lumen, sive quod *humanita-*  
*nunc, sive quod post tempus conventionis est, intel-*  
*ligit, ut ut enim hæc verba minus aperta sint, sufficiet*  
*tamen, nec ea pugnam quandam inter se committere*  
*conf. l. 51. de Her. Inst. l. 108. §. p. de legat. i. accedit & hic,*  
*quod indefinita æquipolleat universali.*

D

§. III.

## 24 CAP. II. DE CASIBVS JUR. HUMANIORIS.

dubium.

§. III. Sed movet me quod JCtus in primordio hujus legis exprimit; si servitus imposita fuerit, lumina, quæ nunc sunt, ut ita sint, de futuris luminibus nihil caveri videtur; verum quis non videt, de præsentibus luminibus ibi sermonem esse, qui ultra mentem agentium ad futura trahendus non erat, Manz. *ad tit. ff. de Serv. pred. Urban. n. 101.*

Objec<sup>t</sup>io con-  
tra huma-  
nitatem,  
quæ resolu-  
tur.

§. IV. Sed dices: cum per lumina ad Phoebi fundum directa non leve incommodum huic inferatur, & humanitas ipsa exigat, ut quisque ædes suas hac forma exstruat, quo minus alteri noceant, quare ergo hic humanius esse dicit Pomponius, paetum de non officiendo luminibus Livii tantæ efficaciam esse, ut nec prospetum ex futuris luminibus in suam aream avertere possit Phoebus. Verum si perpendatur, Livium in suum non in alienum aut communem parietem immisisse lumina, & sic nihil Jure servitutis fecisse per l. *luminum 4. ff. de ser. Urb. pred.* sed libertate cuivis Domino competente hic usum fuisse l. 8. §. 5. *ff. Serv. vind.* minus humanum erit, libertate luminum generatim concessa, novis officere velle, ex quibus non majus quam prioribus incommodum sustinet. Ut taceam summam humanitatis legem exigere, ut quod huic prodest, alteri autem revera non nocet, sponte præstemus l. 2. §. 5. *ff. de aqu. & aqu. plur. arcend.*

Immunitas  
à collectis  
indulta ad  
futuras ex-  
tenditur.

§. V. Unde argumento hujus legis ductus decides, si propter singularia bene merita immunitas alicui & haeredibus à collectis indulta sit, eam de futuris quoque intelligi Berlich, D. 104. nisi per hanc immunitatem alii læderentur, quo casu negativa prævaleret. Brunnen, *ad b. l.*

V.

V.

*L. De ætate XI. §. VI. de Interrog.*

**C**um ex Basilio quæritur, an ex asse heres esset? *Casus.*  
**C**ex parte se heredem esse respondit, postea in dimidia parte heres deprehenditur, an dubia hæc, & non determinata responsio ei noceat, quæritur? *Humanam* inquit Ulpianus sententiam esse, hanc ei non nocere.

## EXEGESIS.

I.

**B**eneficia delinquentibus non dari ex *l. auxilium* 37. *Delinquentis minor.* trita est regula, non sine ratione ad præ-*ti leges non sentem facti speciem trahenda.* Cum enim plane du-*succurrunt.* bia Basilii responsio esset, quæ ad factam interrogatio-*nem non quadrabat*, adeo, ut qua parte hæres existeret, sciri non potuerit, potuisset enim vel major vel minor hereditatis pars ei applicari; accedit quod interrogatio hæc, uti supponimus, eum in finem proprie instituta fuerit, ut ad eam partem, pro qua heres erat, actio ipse præparetur *Ant. Fab. ad b. l.* omni itaque favore indignus, qui dolose ita captioseque respondebat, & valebit quod alias dici consuevit, obscuriora contra eum interpretanda, qui apertius loqui poterat *l. 39. de pactis.*

**§. II.** Rem adeo hanc & ipse Ulpianus in §. subse-*Mendacium* quenti aliter videtur decidisse, inquiens, nihil inter-*juri exo-* esse, neget quis an taceat interrogatus, an obscure *sum.* respondeat, ut incertum dimittat interrogatorem, ut igitur mendacium jure nostro valde exosum, & suas habet poenas *l. f. ff. de R. V. l. l. §. 15. Si quadr. l. 22. §. f. de*

D 2

noxal.

24 CAP. II. DE CASIB. JUR. HUMANIORIS  
noxal. act. l. 22. §. 1. dōre jud. Auth. contra qui C. de non  
num. pecun. ita Basilius hic non sine pœna videbatur  
dimittendus.

*Sub parte hereditatis dimidia pars quoque continetur.* §. III. Vérum humanior Ulpiani sententia huma-  
niorem exhibit decisionem, sub parte enim hæredita-  
tis, dimidia quoque ejus pars continetur, & qui in pár-  
te hæredem se esse dicit, negat ex asse se hæredem es-  
se, non negat se esse ex dimidie; & cuni dubium hacte-  
nus sit, an dolose Basilius responderit nec rie, ideoque  
in re dubia humanitatis ratio prævalet, quæ omnem  
omnino & doli & captionis præsumptionem a Basilio  
longe arcet, est enim omnis præsumptio doli exclu-  
siva *Cels. Bargal. de dol.*

*Culpa hic interrogatoris est.*

§. IV. Sed & culpa dubiæ hactenus responsionis  
in ipsum interrogatorem rédundare videtur, qui an in  
parte, & qua parte hæres sit, interrogare poterat, si  
jam mendacium a Basilio prolatum fuisset, in totum  
conveniri potuisset, capiat ergo sibi interrogator,  
quod meliorem interrogationis formulam hactenus  
non protulerit.

## VI.

### L. Quidam XXI. de Rebus Credit.

*Casus.* **Q**Vintus Calpurnius a Quinto Mutio debitos  
decem thaleros in iudicio petit, Mutius offert  
quinque, Calpurnius hos accipere detrectat,  
decent quos debebat Mutius, urgens, deci-  
dit Julianus, humanius facturum prætorem, si acto-  
rem compulerit ad accipientium id quod oblatum.

## EXEGESIS.

*Creditor ad particularem solutionem* Regula Juris communissima est, quod Creditor  
par-

particulararem solutionem acceptare non teneatur *l. 9. acceptans.*  
*C. de solut. l. 3. fam. circisc. l. 4. § 6. de Statu liber. Carpz. p. 2. dam non te-*  
*C. 28. d. 13. Vinn. ad. pr. j. de solut. n. 5. 6. nisi aliud fuerit <sup>natur.</sup>*  
 conventum *l. 41. s. 1. de Usuris Schulzius de Oblat. & ob-*  
*sign pecun. c. 4. n. 6. non minima enim incommoda post*  
 fe trahit particularis solutio *d. l. 3. fam. circisc. accedit*  
 quod obligationis nexus sit individuus, qui hujus al-  
 teriusve partis solutione non tollitur *d. l. 41. §. Lucius.*

§. II. Ab hac tamen regula recedit Julianus qui *Exceptio*  
 partis solutionem , parte altera adhuc dubia illiqui- *bic a regula*  
 daque admittit. Prætoris enim est diminuere lites, mi-  
 nuitur autem cum materia litis minuitur, ut in igne  
 Brunn. ad b. l. n. i. uti ergo in ipsa compensatione quæ  
 solutionis speciem constituit, illiquid cum liquido nō  
 est compensatio, ita liquidum hic solvit, de illiquid  
 certatur, concordat textus in *l. permittendum ff. spars*  
*Hered. Jason ad b. t. ob illiquidum vero asseturatio*  
 est offerenda, per nudam promissionem, si dives, aut  
 cautionem *Carpz. p. 2. C. 25. d. 17. Hering. de Fidejuss.*  
*c. 15. n. 117.*

§. III. At amplissimus quoque solutionis hujus par- *llus solu-*  
 ticularis usus est post R. I. 1654. per famosum *§. So*  
 viel nun dic Capitalia. Ubi Judex considerata tempo- *tionis par-*  
 rum ratione particulari solutionem admittere po- *ticularis.*  
 test, si forte totius debiti solutio debitorem belli inju-  
 ria fortunis spoliatum, de statu suo dejiceret, humana  
 itaque Juliani sententia est, ut *Quintus Calpurnius*  
 oblatos a *Quinto Mutio* quinque thaleros accipiat,  
 residuos quinque, jure suo liquidius probato, rece-  
 pturus.

## VII.

*L. Titius XIV. de constituta pecunia.**Casus.*

**T**Itius Tutor Sejo Creditori pupillorum epistola emisit in hæc verba: *Remanserunt apud me quinquaginta ex credito Tuo, ex contractu pupillorum meorum, quos Tibi reddere debebo Idibus Maii probos, quod si ad diem supra dictum non dedero, tunc dare debebo usuras tot.* Quæro, an Lucius Titius in locum pupillorum hac cautione reus successerit? Marcellus respondit, si intercessisset stipulatio, successisse, item quæro, an si non successisset de constituta teneatur? Marcellus respondit, in formam teneri, est enim *utilior & humanior* interpretatio.

## EXEGESIS.

## S. I.

*Ex epistola inducitur constitutum*

**C**ertum est inter Titium & Sejum circa proposi-  
tum facti speciem nullam stipulationem interces-  
sisse, adeoque extra dubium positum, Lucium Ti-  
tium in locum pupillorum hac cautione non successis-  
se reum *Marcellus d. l.* Tota ergo Titii obligatio ex  
recepta erat epistola, ex hac autem licet non induca-  
tur fidejussio, cum inter absentes per literas stipula-  
tio non expediatur, induci tamen potest constitutum,  
quod ope Prætoris validam reddit obligationem *l. i.  
ff. de const. pecun.*

*Dubium.*

**S. II.** Negare id videtur Paulus in *l. 26. ff. depositi* ubi  
epistola non inducit obligationem sed probationem.  
**Opponit Marcellus** constitutum hic esse, quod solo  
contrahitur consensu, in iis autem quæ solo consensu  
contrahuntur, epistola inducit obligationem, Bartol.  
ad *b. l.*

## S. III.

§. III. Inde mercatores absentes literas recipien- *Ex literis*  
do valide obligari, idem docet Bart. *ad L. si absentes receptis*  
*C. si certum petatur.* At nec mitior est ipse Ulpia- *obligantur*  
nus in famosa *l. i. de pactis*, omne pactum requirit con- *mercatores.*  
sensum, quomodo vero is qui epistolam accepit, siuum  
in hanc consensum probaturus est; sed quis non videt,  
eo ipso quem dum literas acceptat consentire conf.  
*l. 16. ad SC. Maced.* Humanius inde erat., Titium hunc  
cum nulla intercesserat stipulatio, ad sortem saltē  
condemnari.

§. IV. Sed cur ad sortem tantum obligatur, non *Resolutio*  
ad usuras? forte dices, humaniorem esse sortis *dubii quare*  
quam usurarum rationem, & hoc Marcellus etiam *ad sortem*  
respe xisse videtur, ubi illam interpretationem hu- *tantum, non*  
maniorem & utiliorem dicit, quæ Titium in for- *usuras tene-*  
tem teneri asserit. Verum salva res est. Usurarum *atur.*  
petitio nihil inhumani continet, si exigantur ab illo,  
qui ex pecunia nostra lucrum quæsivit, non si ab illo,  
qui credito nostro inopiæ suæ consuluit. Res itaque  
eo redit, ex epistola a Titio emissa non aliam actio  
nem quam de constituta pecunia nasci, uti antea o-  
stensum, cum itaque in hac epistola & sortis & usu-  
rarum promissio contineretur, quoad sortem tantum  
consistere poterat constitutum, quia hæc sola Sejo  
pupillorū creditorī debebatur, usuras vero in casum  
moræ tantum promiserat Sejus, nova ergo usurarum  
obligatio est, quæ eapropter ad constitutum non per-  
tinet, cum hoc supponat obligationem ad minimum  
naturalem jam tum præexistentem. Nova autem  
usurarum promissio simplici pacto innixa, jus agen-  
di producere non poterat, stipulatione enim hic opus  
fuisset.

30 CAP. II. DE CASIBUS JUR. HUMANIORIS.

fuisset l.3, C. de Usuris. itaque humanior petitio sortis a Marcello hic non opponitur odio Usurarum, sed rigor juris civilis, ubi alienam obligationem recipiens, per stipulationem hoc facere debebat, quod Prætor humanitatem secutus temperavit, actionem de constituta pecunia dando, cum turpe ipsi visum esset, geminatam fidem fallere l. i. ff. de constit. pecun. quæ æquitas præatoria cum uti dictum, in forte jam antea debita & per epistolam denuo recepta, tantum obtingeret, nulla quo ad usuras citra stipulationem promissas supererit actio, quæ tamen hodie ob vim simplis pacti non deneganda vid R. I. de anno 1600. s. 50 riel mun. imo si usuræ jam antea promissæ, & haec ex constituto vi epistolæ emissæ peti possent l. 26. ff. d. t.

Agitur hic  
de finita  
tutela.

§. V. Supponendum autem in nostra lege Titium tutoris officium jam tum deposuisse, durante enim officio tutelari tutor pariter conveniri potest, quam si ipse contraxisset l. i. §. 3. de administr. Tut. add. Montan. de tutel. o. 31. Effect. 5. Eo autem deposito ab actione immunis est l. i. ff. quando ex facto tut. Carpz. l. 5. Resp. 77.

VIII.

L. si mandatu meo XLV. §. IV.

ff. mandati.

Casus.

**C**laudius mandavit Scævolæ, ut creditori suo Cornelio Prisciano centum, quos ipsi debebat solveret, expromisit Scævola & ea causa condemnatur, disceptatur inter ipsos, an Scævola mandati actionem habeat? Humanius inquit Paulus ICtus esse, & in hoc casu mandati actionem competere.

EXE-

## EXEGESIS.

§. I. Fidejussor alterius obligationi accedit, expro- *Differentia*  
missor totā eam in se suscipit; ille accessorie, hic solus *inter fidē-*  
obligatus manet, confer. *l. 38. pr. ff. de condit. indeb. l. 9. jussorem &*  
*§. p. ff. de R. credit. l. 126. §. 2. ff. de V. O.* Uterque actionem *exprimissō-*  
mandati habet. *rem.*

§. II. Exprimissor mandati actione contra debito- *Quando*  
rem prius non agit, nisi solverit, & sic mandatū exple- *exprimissor*  
verit *arg. l. 38. §. 8. ff. mand.* Si tamen diu debitor solvere *mandati a-*  
cessaverit, vel sua bona dilapidare incipiat, exprimis- *ctionem in-*  
sori mandati actionem dandam esse, indubium est *arg. situat.*  
*d. l.* Ast exceptio hæc parum prodesse videbatur Scæ-  
volæ, non enim diu steterat in obligatione, sed quam-  
primum hic centum exprimerat; statim eosdem  
exigebat Priscianus, ante solutionem ergo frustra  
mandati actionem, condemnatione licet facta, insti-  
tuisse censebatur Scævola *d. l.*

§. III. Sed Paulus JCtus humanius esse existimabat *Humanius*  
Scævolæ mandati actionem dari, dum enim Scævola *Scævola*  
ad summam quam exprimerat, condemnatus fuit, *mandati ac-*  
negotium illud, quod inter ipsum & Claudium man-  
dantem intercesserat, perfectum erat, & quamvis  
actu nondum solverit exprimissor, imminebat ta-  
men ipsi ob condemnationem jam factam executio,  
quam realiter ad effectum deduci, antequam solve-  
ret, exigebat mandans; iniquissimum autē foret de-  
siderare, ut prius damno afficiatur fidejussor vel ex-  
primissor, antequam reparationem damni petere  
possit, nam qui reparare damnum, illud quoque avér-  
tere tenebitur: itaque humanitatis & juris rationi

32 CAP. II. DE CASIB. JUR. HUMANIORIS  
consonum erat, illi actionem indulgere, cui præsentis  
tum damnum imminet.

IX.

*L. Si fundus. IV. S. I. ad L. Commiss.*

*Casus.*

**L**onginus fundum Sempronianum Calpurnio  
sub lege commissoria ita vendidit, ut pretio fun-  
di 1000 thalerorum intra sex annos non soluto,  
fundus esset inemptus. Calpurnius partem pre-  
tii 200. sc. solvit, labitur sexennium, & committitur  
hæc lex. Longino cum omnibus fructibus perceptis  
fundum petenti fructus denegat Calpurnius. Re-  
spondit Neratius, emptorem lucrari fructus, si pre-  
tium, quod numeraverit, perdidit; quam sententiam  
*humaniorem* existimat Ulpianus.

EXEGESIS.

*Qua legis  
commissoriæ  
natur. l.s.* §. I. Ea est Legis commissoriæ vis atque efficacia,  
ut quamprimum lex hæc commissa scil. pretio intra  
diem non soluto, creditor declaraverit, vel expresse  
vel tacite se hac lege usurum. *l.4. §.2. l.2. 3. 6. pr. ff. ad L.  
commiff.* statim venditori actio venditi competit, qua  
rem cum omnibus fructibns repetit, *l.6. §. 1. ff. de Contr.  
empt. l.4. pr. ff. ad L. Comm.* resoluto enim contractu do-  
minium ipso jure ad venditorem revertitur citra re-  
trotraditionem, *arg. l.3. 4. 5. & f. ad L. Comm.*

*Nulla da-  
tur actio  
emptori.* §. II. Emptori vero nulla datur actio, *d. l. 6. §. 1. ibi  
ne venditor empori ff. de Contr. empt.* etiam si arrham  
partemque pretii dederit. Utrumque enim ob fidem  
non servatam venditor retinet, *d. l. 4. §. 1. l. 6. pr. ad L.  
Comm. l. 25. ff. de Her. petit.* Quæ ipsa lex, quamvis Mæ-  
stertio

stertio dura videatur, quo minus tamen talis perfidiæ pœna statui possit, haud pervideo.

§. III. Parum ergo præsidii hactenus sentiebat Calpurnius, qui ad rem cum fructibus restituendam tenebatur, ducentis; quos dederat, perditis, sibi adeo quod legem contractus non servaverat, imputans. Humanius cum Neratio judicium capit Ulpianus. Iniquum enim esset, & naturali æquitati refragaretur, Longinum cum Calpurnii damno locupletem fieri, ne itaque ducenti hi penes ipsum quæsi sine causa existarent, ideo fructus ut retineat æquum omnino humanumque erat. Confer. Illustris Dn. Cancellarius de Jena *tr. de L. Commiss. tb. 68.*

## X.

*L. Si fundus XVI. §. VI. de pignor.*

Casus.

**M**ODESTINUS Zenoni centum debet, eique in securitatem debiti, certum, quod tamen postea receperat, pignus constituit, Zeno pignus hypothecaria actione petit, Modestino id restituere detrectante, Zeno admittitur ad jusjurandum in litem, hinc Modestinus pluris quam computatio sortis & usurarum valebant, condemnatur; Modestinus postea centum quos debebat solvit, disceptatur an per hanc solutionem debiti hypotheca exoneretur, respondit Marcianus *humanius* esse, non amplius eum, quam quod revera debet, dando, hypothecam liberare.

## EXEGESIS.

§. I. Non leve contra humaniorem hanc Marcellisentiam movebat scrupulum, quod cum Mo-

*Contra hu-  
maniorem  
desti-*

34 CAP. II. DE CASIBUS JUR. HUMANIORIS.

*bic senten-  
tiā pugnat  
res ita judi-  
cata.* stinus ad plus quam computatio pignoris valebat, condemnatus fuisset, semel causa ad condemnationem, hoc est ut hodie loquimur, in rem judicatam *Cu-  
jac. ad h. l. transiverit, & ita pecunia ex judicato debe-  
ri incepit.* Jam si res judicata, non amplius an-  
justum quid an injustum, sed an ita judicatum sit, quæ-  
ritur, conf. l. 13. quib. mod. pign. toll. imputaret ergo sibi  
Modestinus, quod adeo difficilis & tenax in restituē-  
do pignore fuerit, & ita culpam totam in se transtule-  
rit, alterique viam ad jusjurandum in litem aperue-  
rit. Imo imputet sibi, quod antequam sententia ad  
condemnationem transivisset, non appellaverit.

§. II. Sed ubi sic remanebit auctoritas rei ju-  
dicatæ? Resp. judicatum personalem obligationem  
inducit, nec pignoris quantitatem auget, inde pignus  
ultra quantitatatem debiti non potuit obligatum ma-  
nere; quamvis enim etiam ob Chirographarium de-  
bitum pignus retineri possit, l. un. C. etiam ob Chirogr.  
pec. Chirorapharii autem crediti jus sine dubio etiam  
id habeat quod ex judicato debetur. Sed recte respon-  
dit Accurcius d. legem unicam de Creditore pignus  
detinente loqui, cui sine dubio etiam ex judicato da-  
retur retentio. Sed Marcianus egit de Creditore pi-  
gnus contra tertium possessorem, vel etiam ipsum  
debitorem persequente, ubi locus retentioni esse non  
poterit, sed tertius liberabit pignus, sortem cum  
usuris præstando.

*An actione  
judicati Ze-  
no oblige-  
tur.* §. III. Sed annon actione judicati tanquam persona-  
li Zeno obligabitur, quantum ad præstationē residui?  
Glossa hoc negat, & etiam a judicati actione ipsum ab-  
solvit. Quæ sententia quidem humana est, sed ita ma-  
litia

litia Zenonis pignus restituere nolentis foret impunita; subsistam ego in humaniore Glossæ sententia', nam hypothecaria agens alterutrum tantum desiderat, ut aut hypotheca cedat, aut sortem cum usuris offerat. Malitia autem & tergiversationi ipsius Zenonis occurritur per refusionem expensarum, quanquam in praxi contra Glossam pronunciatum iri vix dubitarem.

§. IV. Benignius itaque censuit *Marcianus* hypothecam liberari, si hoc, quod revera debebat, solutum esset. Cum itaque Modestinus Zenoni sortem, quam debebat, cum usuris restituisse, nihil hujus patrimonio, quod a Modestino cæteroquin retindegredi debebat, deerat, cum ergo jam id, quod suum erat, teneret, ad plura præstanta Zenonem adstringi, inhumanum videbatur..

## XI.

*L. Cum autem. XXIII. §. 8. de ædil.  
edicto.*

**S**TICHUS servus a Gajo emptus furtum fecit, ob quod hic aliquid præstitit, Gajus postea ad redhibitionem agit adversus Sempronium venditorem, ab eoque pretium servi & quod præter hoc impenderat, petit. Sempronius servum recipere detrectat. Quæritur quanti condemnandus sit? Respondit Julianus non amplius quam pretio condemnandum esse venditorem, & hæc Juliani sententia *bumanior* Ulpiano videtur..

## EXEGESIS.

§. I. Ea redhibitoriae actionis natura est, ut uterque & vendor & emptor quodammodo in integrum *Redhibitoria actionis re-natura*.

restitui debeant, *d.l. 23. §. 7.* facta enim redhibitione omnia in integrum restituuntur, perinde ac si neque emptio neque venditio intercesserit, docente Paulo in *l. 60. ff. de adilit. edito.* Redhibere enim est facere, ut rursus habeat vendor, quod habuerit; & cum reddendo id fiat, neces- sum est, inde redhibitio quasi redditio appellata, monen- te JCto in *l. 21. pr. d. t.* redhibitio enim venditionis resolu- tio est *l. 13. §. 2. de acquir. poss.* Resoluta autem venditione, vendor rem cum fructibus causa & accessionibus reci- pit, *l. 31. §. 17. 18. 19. 21. d. t.* Emptor preium cum usuris re- cuperat *l. 27. l. 29. §. 2. d. t.* Venditore enim rem cum suis accessorii repetente, emptor non minoris esse debet, quam vendor, nam facto vendoris emptor laesus est, *conf. l. 11. §. 5. de act. empt.* Is igitur resolutae hujus em- tionis verus effectus est, ut uterque nihil amplius conse- quatur, quam haberet, si venditio facta non esset, *l. 23. §. 1. d. t.*

*De damno  
reparando.*

§. II. Cum itaque Gajus emptor ob furtum, quod Stichus ipsius servus fecerat, aliquid praestisset, et quum videbatur, ut cum omnia in pristinum statum restitu- velint Aediles, Sempronius vendor id, quod Cajus furti nomine praestiterat, refunderet. Restituere enim is vi- detur, qui id restituit, quod habiturus esset actor, si con- troversia ei facta non fuisset, *l. 75. de V. S.* cum hoc con- sentit Ulpianus in *l. 29. §. 3. d. t.* Si quid tamen damni sen- sit, vel si quid pro servo impendit, consequetur arbitrio Judicis: Sic tamen, non ut ei horum nomine ven- ditor condemnetur, ut ait Julianus: Sed ne alias com- pellatur hominem venditori restituere, quam si eum indemnem praestet; retentionis ergo potius, quam agendi jure emptor expensas consequetur.

§. III.

§. III. Verum cum Gajus emptor Stichum ser- *Deciso.*  
vum noxæ dedere, & sic ab eo se, quod ob fustum  
præstandū erat, liberare potuisset, §. 4. j. & l. 19. pr. ff. de  
noxal. act. igitur hoc, quod sua culpa sensit detrimen-  
tum, sibi imputet d. l. 23. §. 8. d. t. juncta l. 203. ff. de R. j.  
Humanior ergo Juliani sententia, quod Sempronius  
vendor hic non amplius quam pretio condemnan-  
dus sit.

## XII.

## L. Sed si mors XIII. §. I. de donat.

*inter Virum & Uxorēm.*

**T**urbo ob crimen aliquod deportatur, & postea  
uxoris uæ Cæliæ mortis causa 500. donat. Quæ-  
ritur, an donatio hæc subsistat? Ulpianus in-  
quit, *humanum esse, eam valere.*

## EXEGESIS.

§. I. Quæ inter conjuges fit donatio, ne amor *Donatio in-*  
arctissimus, qui inter hasce personas intercedit, fiat *ter Conju-*  
venalis, & pretio muneribusque expugnetur, cum ges non va-  
tamen debitus sit, non valet, l. i. 2. 31. de donat. *inter Con-*  
*jug.* Valet tamen illa inter has personas donatio, quæ  
morte donantis confirmatur.

§. II. Sed an quæ in casum mortis a Turbone *An donatio*  
deportato facta donatio valeat? illud valde dubium, *in casu*  
deportatione enim & servitute matrimonia tolli per *Turbanis*  
inde, ac si mors intervenisset, ostendit Paulus in l. 56. ff. *deportati*  
*solut. matr.* Sed quare Ulpianus dicit, deportatione. *valeat.*  
matrimonium minime dissolvi? Respondeo iterum  
cum Accursio, hoc intelligendum esse, si uxor affe-  
ctum erga maritum non mutet, sed ejus restitutio-  
nem

38 CAP. III. DE CASIBUS JURIS HUMANIORIS  
nem exspectet, conf. l. i. C. de repud. & hoc intuitu pa-  
riter rata censetur donatio, ac si maritus mortuus, ut  
ejus dominium acquireret uxor, ita tamen ut pœni-  
tendi jus marito nondum adimentum, quamdiu  
enim uxor illum pro marito agnoscit, ejus voluntati  
merito se accommodat, & hinc ad plenissimam do-  
nationis securitatem mortem exspectabit. Interim  
pœnitentiæ casus in marito deportato vix unquam  
exspectandus, nisi postquam reversus alioqui dona-  
tionem revocatam fiscus occuparet. Itaque huma-  
num est, pro uxore, cuius nullum concurrit vitium,  
pronunciare.

### CAPUT III.

## DE CASIBUS JURIS HUMA- NIORIS EX DIGESTO INFORTIATO.

### XIII.

## L. Si cum dotem. XXII. §. VII.

*ff. solut. matr.*

*Casus.* **V** Ellejus Paterculus cum uxore Eudoxia felicis-  
simum haec tenus tansegit matrimonium, Eu-  
doxia morbo gravissimo correpta per dilucida  
intervalla furere incipit, Vellejus Paterculus  
matrimonium dissolvi cupit, quid juris, quæritur? De-  
cidit Ulpianus, *bumanum* esse fortuitis mulieris casi-  
bus maritum, vel uxorem viri participem esse.

### EXEGESIS.

*Furor ma-  
trimonium* **§. I.** Quantum ad contrahendum matrimonii  
notum passim est, quod illi obstat furor, cum hic  
contrahendū excludat consensum l. 40. de R. 7. matrimonium tamen  
impedit. a furioso dilucida intervalla habente, coque tempore  
ini-

initum ubi furor remiserat, subsistit. *l. 6. de Curator. f. 22  
rioſ. modo non dolose celaverit furiosus, se morbo hoc  
quandoque vexari Carpz. Jus Eccles. L. 2. D. 183.*

**§. II.** Quantum ad furorem contracto jam matrimonio superveniente, gravior est disceptatio. Sunt furore qui hunc nullō modo matrimonium tollere arguant, maritum & uxorem omnis fortunæ qualiscunque ea sit, participes esse, divortium ultra casus in lege non determinatos, non esse admittendum, urgentes, atque id est quod Gaius in *l. 8. de Sponsal.* & Paulus *l. 16. §. 2. de Ritu nupt.* volunt. Temperamentum hic affert Ulpianus si furor ita ferox, ita perniciosus, ut nulla super sit spes, si circa ministros terribilis & forsan altera persona vel propter sevitiam furoris, vel quia liberos non habet, procreande sobolis cupidine tanta est, licentia erit compotis mentis persone furenti nuntium mittere, ut nullius culpa matrimonium videatur esse dissolutum, neque in damnum altera pars incidat d. l.

**§. III.** Cum vero tale periculum ab Eudoxia non immineret Vellejo Patrculo, sed ille qui eam occupaverat furor, dilucida intervalla haberet, humanius esse hoc matrimonium non dissolvi, respondet idem Ulpianus. Sed quid humanitatis subest in illa Ulpiani sententia, ubi ob furorem divortio locum facit, si ille intervalla non habeat? Sane hoc ad rigorem juris civilis referto, ubi facilior divortiis locus patebat. Longe humanior est illa sententia quam praxis Consistoriorum hodierna recepit, scil. furorem etiam gravissimum, contractis matrimonii supervenientem, divortio locum non facere, nam & huc quadrat humanitatis ratio ab Ulpiano adducta, quod fortuitis casibus uxoris maritus particeps sit.

40 CAP. III. DE CASIBUS JURIS HUMANIORIS  
XIV.

L. Si quis LVI. ff. solut. Matr.

Casus.

**S**Empronius stipulatur a Cajo marito, si quo casu Titia tibi nupta esse deserit, dotem dabis seu restitus deportatur Titia, an commissa haec sit Stipulatio? pariter, quantum veniat in stipulationem, utrum quasi mortua sit, an quasi divortium fecerit? Respondet Paulus JCtus, *humanius dici*, hoc competere quod propter mortem venit.

EXEGESIS.

**Cajo depor-** §. I. Cajo deportato, non inique ad stipulationem  
**tato clau-** hanic jam commissam provocabat Sempronius, clau-  
**sula bac vi-** sula enim illa, si quo casu Titia Tibi nupta esse de-  
**debatur** sierit dotem dabis? generalis est, & sub suo ambitu  
**commissa.** non tantum si Titia mortua, sed etiam si deportata,  
si ab hostibus capta, si ancilla facta fuerit, continebat,  
utrobius enim deficiebant nuptiae, & sic dos restitui  
debuit l. 10. pr. solut. matr.

**Deporta-** §. II. Sed Ulpianus in declarata jam à nobis l. 13. de  
**stione ma-** donat. inter Vir & uxor. docet, deportatione non ipso  
**trimonium** jure tolli conjugium, pars enim innocens deportatum  
**ipso jure no** vel sequi, vel matrimonium deserere posset, & sic non  
solvitur. propter deportationem, sed divortium matrimonium  
tollitur conf. l. 24. de donat. inter virum & uxorem Nov.  
22. c. 8. & 13.

**Quid in** §. III. Et haec ratio dubitandi in præsentilege est,  
**hanc stipu-** quid veniat in hanc stipulationem, utrum quasi mor-  
**lationem** tua, an quasi divortium fecerit? Et humanius esse  
**proprie re-** dicit JCtus, id competere, quod propter mortem  
**niar.** convenit. Etenim notum est, matrimonio per di-

VOR-

vortium soluto, donationes propter nuptias & dotem amitti l. 8. C. de repud. per mortem vero nihil accedit superstiti, quam quod pacto conventum, deterior ergo conditio est alterius, si divortio, quam si morte solutum matrimonium: hinc *humanius esse* censuit JCtūs, uxore ab hostibus capta, vel deportata, vel ancilla effecta, id tantum in stipulationem venire, quod propter mortem convenit, hoc est, quod in casum mortis pactum erat, conf. Barbos. Tit. Solut. Matr. ad rubr. p. 2. n. 69.

## XV.

*L. Proxime III. ff. de his qui testam.  
detentur.*

**V**Alerius Nepos testamentum condens, Polliōnem & Calphurnium hæredes instituit, Leoni vero & Longino 500 legatorum nomine relinquit, Stichum tandem servum liberum esse jubet; post consummationem testamenti Val. Nepos nomina hæredum delet, Stichi servi nomine, quem liberum esse jussérat etiam inducto, quæritur hic an non obstante testatoris inductione, libertatem Stichus, 500 vero Leo & Longinus consequantur? decidit Antoninus Cæsar, causam præsentem *humaniorem* admittere interpretationem, & ea tantum Nepotem irrita voluisse, quæ induxit, sed & servum liberum fore.

*Casus.*

## EXEGESIS.

§. I. Gravis semper controversia extitit, an nominibus hæredum in testamento déletis, legata in eo bus *inductis* testamento relicta valeant? pro negativa non minimæ legata de-

42. CAP. III. DE CASIBUS JUR. HUMANIORIS  
mæ se se sifunt rationes, cum enim testamentum hoc  
hæredē deſtitutum, neque etiam quoad legata ran-  
quam partem testamenti valere potest. Testator  
enim Nepos hæredes censetur indignos judicasse, &  
ſic fiscus ſuccedere videtur. Brunn.

§. II. Benignior eſt Ulpianus in *l. 2. de bis que testam.*  
detentur pro Leone & Longino legatariis, cum  
enim legata hæc a Valerio Nepote non fuit deleta,  
censetur etiam nec illa ipſis ademisse. In dubio vero  
nomina hæredum ideo censetur induxitte, ut cohæ-  
redes vel ſubstituti ſuccederent, cæteris testamenti ca-  
pitibus adhuc valentibus. Cum hoc conſentit id quod  
Marcianus in *d. l. 3.* ait, benigniorem hanc ſententiam  
in re dubia ſequi non minus justius quam tutius eſſe.

*Quid si u-  
mus inductus  
pluribus in-  
ſtitutus.*

§. III. Pluribus institutis, unius nomine inducto  
ei præjudicatum ſoli, qui ita inductus eſt *d. l. 2.* nec in  
tantum Cujacio acceditimus; qui putat, indefinite he-  
redis inducti portionem ad fiscum devolvi, *arg. d. l. 3.*  
pr. hoc enim non aliter ei concedendum, quam si ad-  
emptio veluti indigno facta fit, ut in *l. 4. C. de bis, que ut*  
*indign.* neque enim caducum fisco defertur hodie ex  
testamento, niſi conſteret alicui auferri ut indigno, *l. un.*  
*C. de cad. toll.* quod fisco intentionem suam in ea re  
fundanti, probandum. Accedit juris ratio, quæ non  
patitur, aliquem ex parte decedere testatum ex parte  
intestatum, *l. 7. ff. de R. 7.*

*Quid juris  
in proposito  
casu omni-  
bo heredum  
nominibus  
inductis.*

§. IV. Verum omnibus jam hæredum nominibus  
deletis, quid de legatis Leoni & Longino relictis cen-  
ſendum, quæritur? Accursius & Cujacius fisco deſe-  
runt hæreditatem, ut legata conſerventur, *d. l. 3. acce-*  
*dit, quod legitimis, ſi obtinere velint, probandum fit,*  
*testa.*

testatorem voluisse decidere intestatum, *i. ult. in f. de bis, quae testam. delent.* confer de eo, quod jure novo statutum, *i. 30. C. de testam.*

§. IV. Quantum vero ad Stichum servum, de eo res videbatur majoris momenti, cum enim ipsius nomen inductum, ita voluntatem suam censematur mutasse Nepos testator, at ob libertatis favorem humaniorem sententiam admittendam censuit optimus Imperator M. Antoninus Philosophus, ita ut nihilominus liber evadat Stichus. Et sic a libertate ad piam causam non immerito argumentum ducunt Doctores; Unde si forte testamentum, in quo legatum ad pias causas deletum offeratur, legatum id sine dubio valeret, quoniam libertas & pia causa convertuntur, secundum Bald. *in l. i. in pr. C. decaduc. toll.* & quod in favorem libertatis inductum, inconsulto inductum præsumitur, Bart. *ad bil. humanum* itaque erat, & Stichum quamvis inductum libertatem, & Leonem cum Longino legata capere.

## XVI.

*L. Hoc articulo XXIX. ff. de**Hered. instituend.*

**L**igurinus testamentum condidit, cui hanc clausulam inseruit Titius & Sejus, quanta quisque eorum ex parte me heredem babuerit scriptum, heres mihi esto; Titius in parte aliqua Ligurinum heredem scripsierat, Sejus in nulla, an Titius pro parte sua testatori heres existat, quærebatur? Labeo respondit, neutrum heredem esse posse, sed *humanius* esse, inquit J. C. Pomponius, eum quidem, qui testatorem suum

F. 3.

here-

*Casus.*

**44 CAP. III. DE CASIBUS JURIS HUMANIORIS**  
heredem scripsit, in tantam ei partem heredem fore,  
alterum autem excludi.

**E X E G E S I S .**

*Particula quisq; omnes significat.* §. I. Labeo existimabat, Titium partem ex Ligurini hereditate consequi non posse, cum Sejus Ligurium in nulla parte instituisset, particula enim *quisque* omnes significat, unde nisi omnes testatorem heredem scripissent, neutrum heredem esse posse, quia ad omnium factum testatoris sermo refertur d.l. Neque ignorantum prorsus est, quod sub voce *quisque* omnes intelligantur, atque ita etiam hæc clausula accipitur in l.3. de Jur. Cod. l.3. l.103. & l.123. de legat. l. l.90. de legat. 2. l. 93. de leg. 3. l. 29. §. i. ff. de annuis leg. nam et si plures sint heredum gradus, & scriptum fuerit, quisquis mihi heres erit, dato: ad omnes gradus hic sermo pertinebit.

§. II. Durum hoc Pomponio videbatur, Titio hereditatis partem denegari, cum ultimo testatoris elogio obediens fuerit; iniquum insuper fore, si Seji culpa in immeritum redundaret, neque ignorantum est, quod vocabulum *quisque* improprie hic sumatur ob favorem institutionis, ne hæc pereat. Quas cæteroquin varias vocabulum *quisque* significationes recipiat, illas exhibet Bartolus ad b.t.

*Captatoria institutio.* §. III. Sed numne tota hæc institutio nulla est? directe enim Pomponio contradicere videtur Julianus in l.1. ff. qua non pro scriptis. ubi hanc institutionem improbatam dicit. Qua ex parte me Titius heredem scriptum in tabulis suis recitaverit, ex ea parte heres esto. Captatoria enim hæc institutio est, quam & improbavit Papinianus in l. captatoria. 70. ff. de hered. instit. sed

sed salva res est: captatoria voluntas futuram institutionem respicit, verum Pomponius in *nōstra l.29.* præteritam, quæ nihil captionis continet, supponit.

## XVII.

*L.Si servus.LXXXIV.ff.de Hered.**Instit.*

**P**Amphilus servus per fideicommissum a Cajo testatore libertatem nanciscitur, Leo heres Caji eundem cum libertate instituit, an huic necessarius fiat, disquiritur? Decidit Paulus, *humanius esse*, & magis æQUITATIS ratione subnixum, non fieri necessarium.

## EXEGESIS.

§. I. Non tam a testatore quam ab herede servum cum *Ab herede libertate institui posse*, extra dubium est, eoque in casu *servus cum necessarius sit heres illius*, a quo institutus, cum enim libertatem servus veluti rem inestimabilem consequitur, *§.f. institui posse. ex causis man. l.8. §.f. rem ratam haberi. l.176. §.f. ff. de R. J. test.* ideoque sub quocunque onere ad adeundam hereditatem tenetur.

§. II. Pamphilus itaque hic a Leone heres institutus *Necessarius vix hoc adeundi onus a se videbatur declinare posse*; sed heres non mitius cum hoc servo agit Paulus in lege hac, cum enim est, cui jam Pamphilus a defuncto jam libertatem per fideicommissum consecutus, adeoque invito etiam herede eum denuo debetur *libertas* instituente hanc poterat extorquere, non *magnum videbatur*. *tur commodum sentire*, qui non novam, sed magis debitam accipit libertatem *d.l. cum hoc consentit Celsius in l.60. de her. instituend.* Ubi is, qui solvendo non erat, servum primo loco & alterum secundo loco heredes scripserat, quo casu, qui primo loco scriptus, hereditatem capit; Lege enim Aelia Sentia ita cavetur, ut si duo pluresve ex eadem causa heredes scripti sint, uti quisque primus scriptus sit, *heres*

## 46 C. III. DE CASIBUS JURIS HUMANIORIS

heres sit, l. 38. §. 1. de her. inst. l. 42. eod. humanius ergo erat, Pamphilum jam liberum libertatem non consequi, & hiñc nec necessarium heredem fieri.

## XVIII.

*L. Quod dicitur. XXXVIII.*

*de Testam. Mil.*

**A**lexander Miles testamentum fecerat, deinde non ignominiae causa missus, rursus cinctus erat in alia militia, quarebatur, an testamentum ejus, quod in militia priori fecerat, valeret? Dubitabat Paulus, movebat ipsum, quod posterior militia esset plane alia a priori, tandem *humanius* esse, inquit, testamentum valere, quasi coniuncto militiae munere.

## EXEGESIS.

*An testa-  
mentum,  
ubi quis  
missione se-  
mel facta  
in aliam  
militiam  
transit, ju-  
re militari  
valeat?*

§. I. Testamentum in castris jure militari confectum, post missionem honestam intra annum suas retinere vires ex l. 21. 23. pr. de testam. mil.. certum est, an idem testamentum, ubi quis missione semel facta, in aliam militiam transiit, jure militari valeat? dubium est. Largitur facile id Jurisconsultus, si intra annum à prima missione decesserit, vel etiam si post annum, modo postquam in posteriorem militiam assumptus, hoc quod ante fecerat testamentum valere velit, jam enim nulla de validitate ejus dubitatio supereret, cum testamentum hoc in militia posteriore factum censeatur, & sic ex recenti militis voluntate sustineatur d. l. 38. Bald. adb. l. nec minus dubium est, siquidem iure communi testatus est miles, ex hoc jure testamentum valere.

§. II. Gravior est controversia, an testamentum ejus, quod in militia fecit, valeat si aliquandiu intervallata fuerit militia. Id est si priore honeste missus ultra annum dormi manserit, & postea denuo cincto decessent, nec voluntatem,

tem, de priori testamento conservando expresserit. Suppono autem missionem honestam, quæ impleto justo militiæ tempore indulgetur, conf. l. 8. de excus. Tut. Cujac. ad b.l. Ignominiosa enim militem reddir infamem & sic testamentum ejus statim jure militari valere desinit l. testamen-  
tum hoc s. C. de testam. milit.

§. III. Si itaque honeste dimissus post annum in aliam militiam recipiatur; certe testamentum jure militari vale-  
re non videtur, ex prima enim militia vires amisit, quia post annum decessit, ex secunda valere nequit, quia deficit voluntatis nova declaratio. Quod si intra missionis an-  
num in aliam militiam assumptus sit, & tamen post annum missionis primæ vita decesserit, testamentum ejus pariter suspectum, ob dictas modo rationes. Nam & alia hæc a pri-  
ori militia est; humanius tamen esse censet Paulus, valere testamentum hoc, quasi conjuncto militiæ munere d. l. 38.  
privilegia enim hic conjunguntur, & factum prætextu  
unius privilegii conservatur per aliud privilegium super-  
veniens sicut ex hac lege colligit Bald. ad b.l.

## XIX.

*L. Pro herede XX. §. III. de adquir.**vel omitt. hered.*

**C**AJUS Sempronium filium in sepulchrūm here-  
ditarium infert, creditores paterni Cajum ad  
solvendum æs alienum à patre contractum  
conveniunt, Cajus negat se hereditatem adiisse,  
Creditores aditionem inde eliciunt, quod sepulchri  
hereditarii usum sibi vindicaverit, pro creditoribus  
decidit Julianus, pro Cajo Papinianus, cuius senten-  
tia Ulpiano *bumanior* reputatur.

*Casus.*

## EXEGESIS.

§. I. Hereditatis gestio vel factis declaratur, vel verbis, *Hereditatis*  
*magis tamen animi quam facti est pro herede gestio, hoc gestio quo-*

**G** *enim*

## 48 CAP. III. DE CASIBUS JUR. HUMANIORIS

*modo declaratur.* enim quis animo esse debet, ut velit heres esse *l. 20. pr. de acqu. vel omitt. hered.* solum ergo immixtionis seu usurpationis factum hic nihil operatur *l. 4. C. unde leg. l. 14. C. de jure delib.* Unde consequitur facile, etiam si quis dixerit, volo hereditatem adire, animum tamen in hanc rem non satis declarasse videri, uti Bart. *b. t. quem Menoch. l. 4. presump. 100. n. 10. & alibi sequitur; putat.*

*Dependet a solo immiscientis animo pendet,* quare si quis temere vel custodienda hereditatis causa cum vel ante protestatus sit, ejusmodi verba protulerit, tamen is pro herede reputandus non erit *t. t. C. plus valere quod agitur.* Si autem destinato consilio talia verba protulerit, diversa sententia obtinebit, inde num aditio hereditatis fiat habitatione domus paternæ, de quo mirus inter Doctores dissensus est vid. Bart. *ad b. l. item Castr. Immob. num ex confecto inventario presumatur; hæc aliaque eō redeunt, si animo heredis hæc omnia fuerint facta.*

*De illatio- ne in sepul- crum.* §. III. Animus hic in Cajo videbatur adesse, cum enim Sempronium in sepulchrum parernum inferri curaverit, talis hic actus est, qui sine animo gestionis pro herede expediri vix poterat, atque hoc intendebat Juliandis. Opponit se huic sententia Ulpianus in §. 2. & 3. humanus dicens, Cajum non obligari, ille enim qui a Cajo expiebat actus, valde dubius erat, nec an titulo heredis factus sit, arguebat. Quoties enim factum dubium est, quod alio quam heridis titulo expediri potest, toties quis pro herede quid gerere non censendus *Buf. ad b. l. n. 6. Menoch. l. 4. pres. 101. n. 27. seqq.* jam vero illatio funeris in sepulchrum hereditarium talis est actus, qui non tantum ab herede sed & exheredato expediri potest *l. 6. pr. de relig.* ubi exheredatis, nisi specialiter testator justo odio commotus eos vetuerit, humanitatis gratia tantum sepeliri, non etiam alios præter suam posteritatem inferre licet; imo ex eadem humanitatis ratione expresse dicitur

in

in d. l. b. pr. quod etiam illis qui hereditate se abstinent,  
jus sepulturæ salvum maneat.

XX.

## L. Licet II. §. I. Si quis omissa causa testam.

**S**abinus heres prætermisit hereditatem, devolvitur hæc in Cajum, quæritur quem convenire possint creditores hæreditarii? Respondet Ulpianus, utrumque ex hereditate teneri. Dubium autem, quis horum prius conveniendus? mihi inquit Ulpianus *humanior videtur sententia esse, ut possessor hereditatis prior excutiatur, maxime si lucrativam habet possessionem.*

Cajus.

## EXEGESIS.

§. I. Cum ea sæpius heredum esset pravitas calliditasve, *Hereditas ut repudiato testamento, ab intestato hereditatem adire in fraudem mallent, ne legata exsolvere necessum haberent, nullum legatariorū legatariis ita deceptis temedium supererat, nisi quod Præ- transferri solet.*

§. II. Tametsi igitur Sabinus hereditarem suam in Cajum ex gratia singulari devolvisset, nulla licet pecunia accepta, nihilominus tamen, ac si heres esset, tenebatur, quod non tantum contra heredem, sed omnem quoq; eum a quo quid relictum procedit *l. 4. pr. utrobique enim hi testatoris voluntatem circumvenerant.*

§. III. Certatur tamen, quis prius conveniendus? Opponit Cajus id, quod Ulpianus circa principiū hujus legis dicit, licet pro herede gerere non videatur, qui pretio accepto, prætermisit hereditatem, tamen dandam in eum

G 2

actio-

50 C.III. DE CASIBUS JURIS HUMANIORIS

actionem. Gravatum se valde sentiebat Sabinus, cum nullo accepto pretio, ad onera hereditatis, quam non possidebat, condemnaretur; prævaluit igitur humanitatis ratio, ut possessor hereditatis prius conveniatur *maxime* si lucrativam habeat possessionem, idem in l. 4. §. 1. l. 10. §. f. d. t. perhibetur.

§. IV. Sed quomodo quadrabit hoc ad casum legis, expresse enim de illo agitur, qui pretio accepto prætermisit hereditatem. Glossa supponit pretium ab alio datum esse. Alii lucrativum titulum adhuc adesse dicunt, quando pecunia rei obtinendæ causa illegitimè & injuste datur. Difficultas latitat in eo, an particula *maxime* sit exclusiva casus accepti pretii, an vero sit admissiva, sed cum difficultate? Et posterius nobis placet. Aliis particula *maxime* hic abundare videtur, si confer. l. 4. ff. cod.

XXI.

L. Si tibi electio VIII. §. II. de

Optione Legata.

Casus.

**C**Allistrato & Proculo servi optio conceditur, utroque Pamphilum optante, communem eum fieri constat: Callistratus vero optato Pamphilo, antequam Proculus pariter optaret, furiosus fit, postea eundem optat quoque Proculus, queritur an Pamphilus communis fiat? *humanius* inquit Pomponius, ut & in hoc casu quasi semel electione facta, fiat communis.

EXEGESIS.

*Quid juris  
si optio plu-  
ribus relin-  
quatur.*

§. I. Optionem pluribus legatariis intuitu ejusdem legati relinquiri posse, expeditum est, quod si itaque inter se circa optandum dissentiant, alio aliud corpus eligere cupiente, olim existimabatur a plerisque prudentibus, periire legatum, sed hoc contra benevolentiam seu humanitatem esse censuit Justinianus, hinc fortunam sive sortem hu-

hujus optionis judicem constituit, *L. ult. C. Comm. de legat.*  
*& s. 23. l. de legat.* Quod si vero in optando consentiant, res optata ipsis communis fit. Cum autem in praesenti casu Callistratus, Pamphilo optato, in furorem incidisset, antequam declarasset animi sententiam Proculus dubium erat, an subsecuta Proculi electione servus fieret communis. Certe, si sanx mens mansisset, mutare voluntatem potuisset Callistratus, & ita, subsecuta licet Proculi electione, servus ille non fuisset communis: eo enim tempore, quo novissimus optat, in eundem ambo non consentiunt, Cuj. ad b. l.

s. II. Itaque in proposita specie nihil egisse videtur, qui *Ratio dubi-*  
*prius optavit, priusquam Collegarius optaret; Nec Cal-*  
*lustratus Proculo Pamphilum postea optanti videtur con-*  
*tra Cali-*  
*sentire, cum furere coperit, furiosus enim non consentit, stratum,*  
*ita ergo ex subtili juris ratione Pamphilus non siebat com-*  
*municis, quamvis enim Proculus eundem servum optans*  
*etiam consentiat, & suam de servo optando voluntatem*  
*declaret, non tamē dici potest, quod cum Callistrato jam*  
*furioso in eundem servum consentiat.*

s. III. Benignius ideoque censuit Pomponius, ut *ser- Benignior*  
*vus ille sit communis quasi semel electione facta; sufficie- Pomponii*  
*bat enim, Callistratum postea, licet in furorem lapsum, se- sentia,*  
*mel optasse, nec voluntatem suam mutasse. Neque enim*  
*furore prior voluntas perimitur, sed ut ait l. patre 8. de bis,*  
*qui sui vel alieni juris remanent adhuc quendam reliquias*  
*prioris voluntatis. Imo tandem consentire videtur, qui ne-*  
*quit amplius dissentire. Illustrat casum hunc decisio J. Ct. in*  
*L. per fundum. ii. de Serv. ruf. prad. & l. ult. ff. Comm. prad. si fundus*  
*inter me & te communis sit, & ego solus invito vicino cesse-*  
*ro iter aut viam ad eum fundum, subtili ratione non aliter vi-*  
*cinus, cui ego iter aut viam cessi, ea utetur, quam si tu eidem*  
*cesseris eandem servitutem, & tua deum cesso confirmabit*

52 CAP. III. DE CASIBVS JUR. HUMANIORIS.

meam, mea interim erat inutilis. Benignius tamen erit; ut & hoc casu, etiam antequam tu cesseris viam vicino, ego vicinum itinere aut via uti vetare non possim. Interim igitur cessio mea non fuit inutilis.

XXII.

L. Si fuerit. X. de rebus dubiis.

Casus.

**P**omponius ancillæ suæ Semproniæ libertatem promittit, si primum marem pepererit, Sempronia & masculum & fœminam simul parit, nec quis horum prior fuerit, judiciali subtilitate certum reddi potest, dubium est, an libertatem consequatur Sempronia? Respondet Ulpianus, in dubiis & ambiguis rebus *humaniorem* sententiam sequi oportere, ut tam Sempronia libertatem, quam filia ejus ingenuitatem consequatur.

EXEGESIS.

Dubium  
contra hu-  
manitatem.

§. I. Non leve contra humaniorem hanc Ulpiani sententiam, quæ Semproniæ favet, dubium oriri poterat, quod idem Ulpianus in principio hujus legis disputat, si duobus Semproniis quid legatum, mox uni iterum ademptum sit, nec constet cui? neutri deberi. Item, si ex pluribus servis ejusdem nominis uni vel quibusdam libertas relicta, verius esse, in his omnibus & legata & libertates impediti, d. l. pr. in f.

§. II. Idem prorsus dubium contra Semproniam remanet; libertas enim ei sub hac conditione, si masculus primo natus fuerit, indulta, ubi vero plane certum reddi non poterat, an fœmina an masculus prius fuerit natus, videbatur omnino libertatem infringendam esse: Nec enim ullo modo, ne quidem per ipsas obstetrices res poterat manifestari, ut ergo ultimum testatoris elogium strictissimam re-

ci-

cipit interpretationem, ita Sempronia frustra haec tenus libertatem petebat, Cujac. ad b. I.

§. III. Verum benignior est Ulpianus in hoc ac in priori casu: Hic enim duo de libertate certabant, ubi alter præ dendi altero valde laceretur, si in re dubia alteri libertas concederetur, alteri, cui par jus erat, denegaretur; in nostra ve-ro specie una saltem est, quæ libertatem petit, cui adeo factius subveniendum erat, conf. l. qui solvendo. 42. & L. in-vicem. 43. de Her. insit. cum hoc convenit, quod a Jctis veluti regula quædam perhibetur, in dubio pro libertate judicandum, l. 38. de R. J.

## XXIII.

*L.Cum pubere.XXII.de Reb.dub.*

Casus: **C**Arphania cum filio pubere Sejano in nuper-rimo naufragio periit, Carphaniæ heredes, & filii & matris, quippe quam diutius superstitem volebant, hereditatem petunt. Quæritur, quis prior extictus fuerit, *humanus*, inquit Javolenus, est credere, filium diutius vixisse.

## EXEGESIS.

§. I. Si cum impubere filio Mater simul decedat, hunc *Quid juris* præ illa prius decessisse haec tenus præsumitur, l. 23. de reb. si mater cœ-dub. ut adeo matris heredes ad ejus successionem perveni-*impubere si-re possint*. Cum hoc convenit, quod Tryphoninus Jctus in *lio simul dea* l. 9. §. 1. scribit, si in bello pater cum filio periisset, materq; filii quasi postea mortui bona vindicaret, agnati vero pa-tris, quasi filius ante periisset, Divum Adrianum credidisse, patrem prius mortuum, cuius rationem reddunt Doctores, tum ob naturale parentum votum, tum ne mater a luctuo-sa filii hereditate repellatur. Verum non opus est, ut eo re-curramus, si lex 9. §. 1. de Filio impubere cum patre pe-reunte intelligatur, ita enim aderit exemplum regulæ in l. 23. ff. de reb. dub.

## §. II.

## 32 CAP. II. DE CASIB. JUR. HUMANIORIS

*Ratio diuersa.* §. II. Alia ratio est in casu nostræ legis 22. ubi de matre & filio pubere simul pereuntibus agitur , ubi mater præmortua censetur, quod ita placuit non ob debilitatem corporis, quod forte fæmineus sexus sit debilior, nam & de patre cum filio pubere pereunte idem respondit Tryphonius l. 9. §. 4. d. t. quod scilicet filius patri supervixisse intelligatur.

§. III. Sed ratio communiter ex debilitate filii petitur, pater enim licet senior, tamen confirmationis roboris est ac filius impubes, nam ætas illa tenera adeo infirma est, ut omnino non cum morte posit obliuctari, arg. l. 26. in f. pr. ff. de pact. dotal. vid. in b. l. Cujacium lib. 4. Respons. Papinian. Barbos. locuplet. lib. II. cap. 51. Finckelth. d. l. n. 12. Pacian. de probat. l. 2. c. 8. n. 6. Tantæq; debilitatis est, ut spiritum in ejusmodi infortunio cohibitum (quod fieri & mortis causam præbere solet in supra dictis casibus) vi & resistente conatu liberare nequeat, Paul. Zach. in quæst. Medic. legal. lib. 5. t. 3. quæst. 12. n. 2. Quin impuberes maximo timore & inde proveniente summa perturbatione animi, dolorumque impatientia laborant, adeoque in mortis periculum incidentes, citissime sibi mortem conciliant, Carpz. P. 3. C. 17. D. 11. n. 8. Wissenb ad ff. Vol. 2. Disput. 6. §. ult. Pacius ἐναντίον Φανῶν Centur. 8. quæst. 758. Nam mortis periculum mentem summe perturbare solet, l. 8. vers. at cum humana. C. quæst. am. facere possint. Carpz. P. 3. Conf. 1. D. 1. n. 2. Et talis perturbatio, ob spiritus ad cor cum imetu ac tumultuarie occurrentes, naturalem calorem obruit, Zach. d. l. n. 10. & n. 22.

*Ratio humanitatis.* §. IV. Sed tamen hoc non adeo liquet, an illa humanitas in filio pubere cum matre decerente, non inhumana fiat in filio impubere? nam & in hoc adest votum parentum, ut filius diutius vivat, nec breve temporis intervallum quod interdum puberem & impuberem distinguit, tantam roboris aut debilitatis diversitatem in filio (nam in infante & infanti proximo pronior decisio foret) inducere potest. Ut tan-

tam disparate humanitatis jure censeri debeat filius 15 & 13. annorum. Hinc eadem humanitatis decisio etiam quoad filium impuberem eligenda fuisset a Cajo JCto in l. 24. quæ in pubere probata est in l. 23. de rcb. dub.

S. V. Scilicet ut humanitas Jureconsulti in filio pubere *Utriusq. la-*  
*subsistat, perpendendum est, concurrere hic & matris & filii teris ratio*  
*diversos successores, ubi si omni casu mater prædefuncta habenda.*  
*præsumatur, ejus cognati contra humanitatem jure Suc-*  
*cessionis privarentur; quod si filium semper prædefunctum*  
*supponamus, injuria horum cognatis inferretur, his omni*  
*casu a successione exclusis. Quapropter ne promiscue*  
*alterius heredes se se in vicem excluderent, media sententia*  
*tanquam humana a Jureconsultis approbata, ut sc. puberi*  
*filio tenaciorem vitam, impuberi magis fluxam secundum*  
*illud, quod ut plurimum fieri solet, arg. l. 3. & 4. ff. de LL. as-*  
*signaverint, & inde iura Successionis determinaverint. Se-*  
*jani ergo cognati in casu nostro succedent, non Carpha-*  
*niz. An autem illa at tatis seu pubertatis ratio etiam in*  
*fratribus aliisve cognatis simul morientibus locum sibi*  
*vindicet, prolixioris inquisitionis fotet; sed cum ad no-*  
*stram legem non pertineat, lectorem remitto ad Dn. Præsi-*  
*dis tr. de Successione ab Intestato. Disput. 10. C. 3.*

## XXIV.

*L. Tales conditiones CXI. §. II. ff.**de Condit. & demonstrat.*

**P**aulo & Gajo fundus à testatore legatus est, si pecuniam certam in funus impensamque perferrendi corporis in aliam regionem dedissent. Gajus expendit suam partem, Paulus cessat, an fundi partem consequatur? quæritur, videbatur neutrī legatum deberi, quia nisi per utrumque conditio expleri non poterat. Sed hoc *humanius* interpretan-

*Casus.*

H dum

56 CAP. II. DE CASIB. JUR. HUMANIORIS  
dum censuit Pomponius, ut qui partem suam dedisset  
partem fundi consequatur.

EXEGESIS.

§. I. Conditionem hanc quæ Paulo & Gajo præscripta erat, maxime honestam esse, nullum subest dubium; sub pecunia autem in ducendum funus seu transferendum testatoris corpûs impéndenda, elatio mortui, pretium loci sepulturæ, delatio mortui ex peregrino loco continebatur Godof. ad l. 14. §. 3. de relig.

Ratio du-  
tandi.

§. II. Gajus itaque in exsolvenda sua parte promtus erat, adeoque partem quam ei testator legaverat, prætenit; Obstat huic valde, quod conditio hæc non singulis ipsorum, sed ipsis conjunctim præscripta, & hinc quoque conjunctim expedienda. Cum hoc consentit Ulpianus in l. 13. de man. testam. Si ita servis duobus fuerit libertas data, si insulam ædificaverint, vel statuam posuerint, dividi hæc conditio non poterit, atque id est quod circa initium hujus legis dicitur, tales conditiones, si monumentum fecerint pluribus propositæ, non possunt nisi in omnibus simul personis existere.

Ratio deci-  
dendi.

§. III. Sed humaniorem pro Gajo interpretationem Pomponius hic eligit, benignius enim videbatur, ut qui suam partem solvendo, testatoris voluntati satisfecisset, legatum quoque pro rata capiat. Confirmabat eandem sententiam idem, qui ante in contrariū citabatur Ulpianus in d. l. 13. verbis & magis est, imo si quid dubii tandem apud Ulpianum remanserit, hoc apertissime composuit Justinianus in l. 6. C. de Condit. insert. Ubi una conditione pluribus injuncta, unusquisq; necessitatem habet hanc implendi, & pro portione sibi contingentī accipiendi, quicquid ex hoc commodi est, ut hi quidem qui impleverint jussa ad lucrum vocentur, qui autem neglexerint, sibi imputent & ab hujusmodi commodo repellantur.

XXV.

*L. Non tantum III. §. IX. de Bonor.**Poss. contra tabb.*

**V**Alerius a Nerone adoptatur, non vero hujus filius, moritur Valerius, an filius in testamento præteritus patris sui in adoptiva familia mortui bonorum possessionem accipere possit? quæritur. Ulpianus *humaniorem* esse hanc sententiam dicit, quæ filium ad bonorum possessionem admittit.

*Casus.*

## EXEGESIS.

§. I. Quamvis adoptato patre vel hodie arrogato, filius *Patre ad-*  
*etiam ejus in familiam patris adoptivi transeat. Sicut hoc prato filius*  
*Augusti exemplo declarat Justinianus in §. p. I. de adopt. hoc quoq; ado-*  
*tamen de filio in potestate constituto intelligendum; in ptatur.*  
*nostro autem casu Valerii filius jam emancipatus fuit,*  
*adeoque patrem in familia in quam adoptatus, sequi non*  
*poterat l. 15. ff. de adopt. quamvis itaque Valerius patre ado-*  
*ptivo prius mortuo, iterum sui juris effectus decesserit,*  
*non tamen inde in aliena familia esse desit l. si duobus 14.*  
*in f. ff. de bon. poss. contra tabb.*

§. II. An ergo filio Valerii danda bonorum possessio? Si *An Filio*  
*Ulpianum consulamus in l. 17. d. i. apparebit hac de re in-*  
*ter Marcellum & Julianum gravissimam fuisse discepta-*  
*tionem, Julianus putat, filio non dari bonorum possessio-*  
*nem contra tabulas has patris, quoniam filius hic non est*  
*in eadem familia, qua pater, ne quidem jure prætorio, pa-*  
*ter enim est in adoptiva familia, & sic ex sententia Juliani*  
*nihil interest, sive pater dederit filium in adoptionem, sive*  
*se ipsum dederit. Marcellus contra in humaniorem senten-*  
*tiam propendet, filiumque admittit; licet enim pater in*  
*adoptiva sit familia, tamen non ideo filio suo alium pa-*  
*terem assignavit, itaque consensus hic maximus est inter*

*Valerii*  
*danda bo-*  
*norum pos-*  
*sesio.*

### 58 CAP. III. DE CASIBUS JURIS HUMANIORIS

hanc l. 17. & nostram 3. §. 9. d. t. Inhumanum enim esset, filium privari jure filii, & repelli a bonorum possessione contra tabb. accedit quod factum patris filio non debeat novere l. 14. d. t. l. 2. §. 5. ad Tertull.

XXVI.

### L. Sive ingenua I. §. VI. ff. ad SC.

Tertull.

Casus.

**M**etrodorus operas suas ut cum bestiis pugnaret, locavit, vel capitalis criminis damatus, neque tamen restitutus est, an ad matris hereditatem admittendus? Respondit Ulpianus ex SC. Orphitiano eum non admitti, sed *humana* interpretatione placuit eum admitti.

#### EXEGESIS.

*Operas lo-* §. I. Qui in scenam lucri causa prodeunt, qui operas cantes ut suas cum bestiis pugnaturi locant, illos immediate a lege.

*cum bestiis infamia norari, edictum in l. i. ff. de his qui not. infam. edocet.*

*pugnant, in-* §. II. Contingebat hoc Metrodoro, hic enim cum miles ef-

*famia no-* set, ludricam hanc artem fecerat, & ob pecuniam vitam

*tantur.* suam certissimo mortis periculo exposuerat, quare ex Mar-

ciani *Iti in l. 14. de penit.* sententia, capite puniendus erat;

subsequebatur quoq; condemnatio, poena vero haec tenus

non secuta. Cum igitur Metrodorus matre mortua heredi-

titatem affectaret, opponitur ei, condemnatum se nec re-

stitutum esse, quare ex SC. Orphitano repellendus erat.

Filio enim tali ex rescripto Divi Antonini neque heredi-

tas neque legatum, neque fideicommissum relinquiri po-

terat, solis alimentis exceptis L. 16. ff. de interdit. & releg.

*Interpreta-* §. II. Verum hoc ita ex stricto jure, ad humaniores

*tio huma-* Ulpianus interpretationem hic adhibendam esse censet,

*nior tener.* ita tamen ut interpretari hic pro corrigere, capiatur seu

pro apertius exprimere L. 12. C. de LL. & Confit. juxta Cu-

*jacium. Quamvis humanæ interpretationis ratio exinde*

peti

peti possit, quod qui locavit operas, ut cum bestis pugnat, ret mitiori jure censendus, quam ille qui actu pugnavit. Sed quid ita de illo, qui rei capitalis damnatus neq; restitutus? de hoc casu non loqui legem Glossa dicit; Sed verba refragantur. Salva res est, si capitum Civilis damnatum supponas, seu qui deportandus. Huic enim, antequam sententia executioni mandetur, successio matris humana interpretatione non deneganda. Sed forte nec hoc mortis genus supponit JCtus? Res ergo eoredit: sola sententia non privandum esse filium materna successione.

## CAPUT IV.

**DE CASIBUS JURIS HUMANIORIS EX DIGESTO NOVO.**

## XXVII.

**L. Si pure. XXXVII. de Fidei-**  
comm. libert.

**T**rophiō servo a Sempronio fideicommissō pure data libertas, Trophimus rationes administrasse dicitur, an rationibus nondum redditis nihilominus libertatem consequatur? Disquisit Ulpianus. Rescripsit Divus Marcus, cuius rescripti verba ita habent: *Aequius videtur Trophimo ex causa fideicommissi prestari libertatem, quam sine conditione rationum reddendarum datum esse constat, neque HUMANUM fuerit, ob rei pecuniarię questionem libertati moram fieri, quia tamen representata confessim arbiter a Preatore dandus, apud quem rationem, quam administrasse cum apparuit, ex fide redat.*

*Causa.*

## EXEGESIS.

Q. 1. Is, cui libertas sive fideicommissaria seu directa, si Non frustra rationes reddidisset, relicta est, non ante libertatem conse-adjicetur

H 3 qui conditio

## 60 CAP. IV. DE CASIBUS JURIS HUMANIORIS

quitur, nisi rationes reddiderit, l.4. C. de test. man. Condicio rationum reddendarum non frustra libertati servorum adjici solet, nam hac omessa, servus pure manumissus, non cogitur reliqua omnia ut in b. lege solvere, idque juris ex regula, quæ vult, servum de eo, quod in servitute gessit, post libertatem conveniri non posse, l.1. si quis testam. lib. l. ult. C. an servus ex suo facto. l.1. C. de noxal. scit.

*Quid sub  
bac condi-  
tione conti-  
neatur.*

§. II. Sub hac rationum reddendarum conditione, continetur id omne, quod quoquo genere debitoris actum fit demque respicit, proinde si quid consilio vel fraude amovit, debitor id praestare cogitur l.4. §. ii. d.t. at pure hic, nulla adiecta conditione libertas cōcessa, valebit igitur, quod Papinianus in l.23. d.t. monet, fideicommissariam libertatem prætextu compilatæ hereditatis aut rationis non differri, cum quo accurate id, quod Imp. Diocletianus & Maximianus in l.21. C. de N. G. rescripserunt, consentit, si cognati Tui servos suos manumiserunt, hoc, quod administrasse eos rem tuam contendis, impedimento eorum libertati fieri non potuit.

§. III. Ne tamen servus rationes hasce effugiat, inde arbiter seu judex datur, apud quem rationes reddere, id est, ut Glossa explicat, computare, & quæ penes se habet, restituere debet. Humanius ergo erat, Trophimum hunc statim libertatem consequi, nec huic ob quæstum rei pecuniariæ moram fieri.

XXVIII.

## L. Inter eos I. §. I. de fidejuss.

*Casus.*

**M**arcus Claudius & Zeno fidejussores sunt in viginti. Claudius certam pecuniæ partem & decem quidem suo nomine solvit. Creditor Vivius fidejussores convenit. Claudius certam pecuniæ partem se solvisse dicit, Livius opponit quantitatatem, quam litis contestatae tempore, singuli qui

qui solvendo sunt; debebant, inter eos dividendam. Decidit JC. *humanius esse*, & si alter solvendo sit, litis contestationis tempore per exceptionem ei, qui solvit, occurri.

## EXEGESIS.

§. I. Singulare divisionis beneficium fidejussoribus, qui *Cui beneficium tempore litis contestatae solvendo sunt, competere, §. 4. I. cium Divi l. 26. ff. l. 3. §. 1. C. de fidejusso. docent.* Beneficium enim istud sionis deconfidejussoribus datur, qui singuli obligati sunt; si enim tur. ab initio singuli in partem virilem se saltem obligassent, non indigent isto beneficio, *l. 51. pr. ff. d. t.*

§. II. Quare nihil referebat, quo minus Livius a Claudio partem dimidiā, quæ adhuc restare videbatur, petere, qui enim solvit partem, recte in partem residuam conveniri videtur. Cum eam quantitatem ex epistola Divi Adriani inter fidejussores, qui solvendo sunt, dividī placet, jam autem litis contestatae tempore singuli debent decem in solidum, *Cujac. ad b. l.* ergo objecto a Claudio creditori beneficium ex epistola Divi Adriani singuli recte conveniuntur & condemnantur in quinque, & sane ipso jure res hæc ita expedita erat, *Bart. ad b. l.*

§. III. At humanius longe & æquius Φιλαδελφὸν, ut ex Ratio humanitatis Basil. Cujac. d. l. adducit, est, ut is, qui ante litem contestatam suam solvit partem pro parte, qua solvit, libereretur, quamvis enim is, qui decem solverat, non ipso jure liberetur, sed pro altera quoque parte obligatus maneat, cum ab initio in solidum se adstrinxerat, liberabitur tamen per exceptionem dolii, cum alter a quo residuum peti poterat, solvendo sit, uti in *l. 15. in ff. b. t.* Sed quod ita a Claudio solutum, totum in ejus, non utriusque partem imputatur, neque quod idem est, de sorte quod solvit, deducitur, si enim id, quod Claudio solveret, non de ejus parte sola, sed de sorte decederet; non ei hoc soli, sed etiam confide-

62 CAP. IV. DE CASTIBUS JUR. HUMANIORIS

jussoribus proficeret, & sic uterque pro parte dimidia liberaretur, jam vero solutio ei soli prodest, qui eam fecit, quia solus ipse liberatur, non quidem ipso jure, sed per exceptionem dolii, atque ita intelligendum, quod Julianus in l.37. de solut. ait, eum solum liberari, quod intelligendum non ipso jure, sed per exceptionem hoc fieri.

XXIX.

LXXXVIII. §. III. ff. ad L. Jul.

de adult.

Verba Le-  
gi.

**N**on nunquam in maribus incestus crimina, quamquam natura graviora sunt, humanius quam adulterii tractari solent: si modo incestum per matrimonium illicitum contrahum sit.

EXEGESIS.

**Pœna ince-** §. I. Durissima & incestus & adulterii pœna est, utra-  
**stus & adul-** que pro ratione circumstantiarum ad mortem extenditur.  
**terii.** Incestus autem vel contra Jus Gentium, vel contra Jus Ci-  
vile committitur, contra illud si ascendentes & descen-  
dentes conjunguntur, contra hoc si personæ ex latere inter se coeunt. v. Carpz. q. 72. 73. 74.

**Inceſtus** §. II. Prior incestus gravius natura crimen ac ipsum, adulterium est. Conf. Godofr. ad b. l. de posteriore dubitat men est ac Papinianus, & in §. antecedenti decidit, mulierem tum demum eam, quam masculus pœnam sustinere, si incestum contra Jus Gentium commiserit. Si enim sola juris nostri observatio intervenerit, mulier ab incesti criminе erit excusata; idem de minore, milite, qui jus civile ignoscere possunt, dicendum, conf. l. II. §. I. ad L. Jul. Talis etiam casus est hic, quare si minor incestum Juris civilis commiserit, mitiori hunc quam adulterii pœna afficiendum, hu- manitas suaderet. Si modo incestum per matrimonium il- licitum contraxerit, præsertim publice, ubi ut errans excri- fatur, l. f. ff. de Rit. nupt.

XXX.

*L. In metallum. 4. ff. de sent. passis  
& restit.*

**C**Arphania mulier libera cum prægnans esset, in metallum damnata, dum ea fungitur pœna, Sempronium, quo gravida erat, edidit, post beneficio Principis restituta in integrum, eaque ratione libertatem & civitatem & jura cognationis, quæ maxima capitum diminutione amiserat, recipit. Quæritur, an Sempronio huic etiam cognationis jura restituta intelligantur? *Humanius*, inquit Paulus, dicitur; etiam huic cognationis jura restituta videri.

*Causa.*

## EXEGESIS.

§. I. Paulus ex hoc, quod dederat, responso facile innuerit, Sempronius hunc cognationis jura non habuisse, quia mater ipsius Carphania & libertatem & civitatem & sic jura cognationis maxima capitum diminutione perdididerat, *l. i. §. filio. ff. ad SC. Tertul.* cum igitur Carphania serva pœnæ efficeretur, Sempronius fisci filius esse debuit.

§. II. Contra hoc directo insurgit Marcianus in *l. 5. §. p. ratio dubi-de statu hom. suffragante Imperatore l. 4. C. de pœnis*, qui votandi cum lunt, liberum nasci eum, quem libera mulier concepit, ante decisionem tequam damnaretur in metallum, aut alio genere serva fieret, etiamsi ex ea nascatur jam effecta serva. At dicendum puto, ex constitutione eum liberum nasci, quæ significatur verbo placuit *l. 5. §. p. constitutio* hæc prohibetur in *d. l. 4. C. de pœnis*. jus separandum esse a constitutione, *l. 32. de condit. & demonst. l. 4. §. 14. de dol. mal. & met. except.* jus esse, jus vetus; constitutiones jus novum; jure veteri, quod in hac lege Paulus spectabat, tempus editionis inspiricitur non tempus conceptionis, *l. 9. ad municip.* Verum est igitur, editum ex muliere damnata in metallum, quem prius

#### 64 CAP. IV. DE CASIBUS JURIS HUMANIORIS

prius illa conceperat, servum nasci ex sententia Principis ex jure veteri, sed restituta matre beneficio Principis, fisco etiam jura agnationis restituta videri. Humanius ergo erat Paulo, etiam jura cognationis Sempronio restituta videri, beneficium enim Principis plenissime interpretandum, *l. 14. de adim. leg. l. pen. de Conf. princ.*

#### XXXI.

#### L. Non tantum. VI. ff. de appell.

*Casus.* **T**URBO ob gravissimum aliquod crimen, quo societatis humanæ vinculum turbaverat, condemnatus ad supplicium ducitur. Titius & Mae- vius singulari pietate ducti, pro Turbone hoc condemnato appellant, an sistendum supplicium, & appellationi deferendum? verbis elegantissimis hoc decidit Ulpianus: *Non tantum ei, qui ad supplicium datur provocare permittitur, verum alii quoque nomine ipsius non tantum si ille mandaverit, verum quisquis alius provocare voluerit, neque distinguitur, utrum necessarius sit nec ne?* Credo enim, humanitatis ratione omnem provocantem audiri debere.

#### EXEGESIS.

*An in Criminalibus appellatio admittatur?* §. I. In criminalibus omne prorsus appellationem invalidam esse, non pauci sunt, qui statuant; Nam concessò indulto que hoc singulari appellationis beneficio, raro malefici videbantur puriri posse; Semper enim a sententia lata appellarent, & quamvis non semper hoc remedio impunitatem consequerentur, multum tamen ad appellationem rite interponendam, introducendam, prosequendamque temporis impenderent, & hinc non tantum disciplina publica cum praesenti Reipubl. damno differenda, sed & processus hic, vivente malefico, vix finiretur. Nec minor

tior est Labeo in L. 244. de V. S. distinguendo inter multam & poenam, in illa provocationem permittendo, in poena vero legibus statuta hanc denegando; nec enim a legibus ad ipsum magistratum legum custodem appellari potest l. 1. §. 4. inf. ff. ad Turpil. ob quam causam in processu criminali inquisitorio appellationem in Saxonia non admitti receptum esse videtur, de quo v. Carpz. pr. Crim. q. 139. n. 14. seqq. Imo nec Camera Imperialis appellationes in criminalibus recipit Gail. l. 1. O. 1. n. 28. Mynsing. cent. 4. O. 4. & lege generali hoc probatum videtur in R. I. de anno 1530. §. item als ißt ibi so sezen und ordnen wir daß hinfürder in Peinlichen Sachen keine appellation ange nommen werden soll.

§. II. Mitior benigniorque tamen sententia juris nostri *Resolutio dubii.*  
civilis est. Quæ enim pro reo interponitur appellatio, non frivole semper petitur, sed plerumque causa male fortassis à judice intellecta vel non plene probata l. 2. C. quorum appell. Hinc non videtur ista deneganda; id quod magis confirmant Imperatores Arcadius & Honorius in l. 30. C. de appellat. Idemque in l. 6. C. de Episc. audient ubi verba quibus in causa criminali humanitatis consideratione, si tempora suffragantur, interponenda provocationis copiam non negamus.

§. III. Imo dum in civilibus admittitur appellatio, absoluendum videbatur, eam in criminalibus non admitti, Berlich. in criminalibus P. 2. D. 231. B. Brunn. Process. inquis. cap. ult. n. 29. quare in libus non usum contrarium gravissimis argumentis pro more suo, & admitti apposita, quam orbis miratur pietate, invehit Dn. Brunn. pellationem ad b. l. In specie vero contra Carpz. hoc thema discussit, & appellationis hujus exactatem prolixe defendit Justus Oldenkop tr. de appellat. in causis crim.

§. IV. Restabat humanitatis ratio, quæ pro Titio & Maximo appellantibus hic militabat; quæ enim ante adducta, nisi ratio locum inveniunt, si ipse delinquens appellandi benefici-

66 CAP. IV. DE CASIB. EX DIGESTO Novo.

um desideret, hic vero ipse non appellat, nec Titio Ma-  
vioque appellandi mandatum dedit, imo appellationi pla-  
ne resistit & perire festinat, & tamen differendum suppli-  
cium esse dicitur. Interim humanitas illa non longè ve-  
nit arcessenda, cum ipsum illud quod inter homines vin-  
culum est, tales humanitatem suadeat, velitq; ut homo  
homini benefaciat *l. servus ea 7. ff. de servis exportand.* natura  
enim quandam cognationem inter homines constituit *d. l.*  
*3. ff. de J. & J.* atque pro hac cognatione ponitur hic huma-  
nitas, uti *Glossa* monet.

*Renunciare  
non licet  
appellatio-*

*ri.*

§. V. Cuilibet ergo pro eo qui ad supplicium ducitur ap-  
pellare licet, utut perire festinet *d. l. Farin. qu. 79. n. 75.* ne-  
mo enim auditur perire volens, ut ea ratione invito bene-  
ficium dari, & pro invito appellari possit *adde l. 1. 2. 3. de libe-  
ral. causa.* nemo enim Dominus membrorum suorum est *l.*  
*13. ad L. Aquil.* & hinc volendi aut nolendi potestatem in  
hoc negotio, quod ejus arbitrio non relicit, habere non  
censetur *arg. l. 3. ff. de R. I.* unde notante Godofredo ad *b. l.*  
*ex Rebocco* obseruat, quod renunciations in criminali-  
bus admitti non debeant. Ne tamen frivole tertius hic  
se ad defensionem offerat, merito plerorumque locorum  
moribus juramentum malitiæ ab ipso exigitur.

*L. XXIV. ad Municip.*

Restare adhuc ut jus humanum ex hac *l. 24.* pro-  
ponerem, ubi *humanum* dicitur ab *Administratore Reipubl.* qui  
*officio male functus, reliquorum usuras non exigi,* qvod refragari  
videtur *l. 17. §. 7. ff. de usuris.* Sed cum spatio chartæ exclu-  
dar, hic pedem figo, & ab humanissimo lectore, ut quic-  
quid hic de jure humanitatis secundum ductum Romani  
juris propositū pro humanitate sua benignè interpretetur  
peto; accuratius singula deduci potuissent, sed cum festi-  
nandum mihi fuerit, alia occasione, Deo volente,  
qua desunt supplebo.

**SOLI D E O GLORIA!**